

COMMENTARIVS

BRVM PERIHERMAENIAS

TOTELIS CVI ADIECTAE SVNT

Questiones illæ quæ ad explanandam,

obiter eius sententiã conducere

videntur, autore Gasparo Car-

dillo Villalpãdco Segobiẽsi

eloquentiã, & liberaliũ

Artiũ cõpluti pro-

fessore, atq; ibi-

dem collega

diui Ille-

phõsi.

Ad illud clarissimum virum & virtutis ac litterarum

ornamentis clarimum D.D. Petrum Fajardum vni-

uersitatis eadem marchionis delos velez.

Iesus est spes mea.

si quid mirabere, pones inuitus.

reddituro. Satis.

Compluti

Ex officina Ioannis Brocarij.

Anno 1558.

Videtur & præbuit doctor Serranus moralis philosophiæ
professor, in commissione Vicarij complutensis.

❧ COMMENTARIUS ❧

IN LIBRVM PERIHERMAENIAS

ARISTOTELIS CUI ADIECTAE SVNT

quæstiones illæ quæ ad explanandam,

vberius eius sententiã conducere

videntur, autore Gasparo Car-

dillo Villalpádeo Segobiësi

eloquentiæ, & liberaliũ

Artiũ cõpluti pro-

fessore, atq; ibi-

dem collega

diui Ille-

phõsi.

Ad illustrissimum virum & virtutis ac litterarum
ornamētis clarimum D.D. Petrum Fajardum vni-
cum hæredem marchionis delos velez.

Iesus est spes mea.

Si quid mirabere, pones inuitus.

reddituro. Satis.

Compluti

Ex officina Ioannis Brocarij.

Anno 1558.

Vidit & probavit doctor Serranus moralis philosophiæ
professor, ex commissione Vicarij complutensis.

ILLVSTRISSIMO VIRO ET VIRI

tutis atque litterarum ornamentis clarissimo,
domino Petro Fajardo marchionis
delos velez filio, atq; vnico eius heredi,
Gaspar, Card. Villalp.
Segob. Plurimam.

D. S.



Vm ex Gonsalo Fajardo auunculo tuo, auditoreq; meo, cuius ego memoriam propter summam eius viri integritatem, atq; excellens ingenium non sine ingenti mei animi voluptate usurpo: & conspectu recreor: in familiaribus sermonibus, quos ego libenter cum eo conferre soleo, de insigni tua virtute, de prudentia in rebus gerendis, de optimarum artium studijs quibus a teneris annis generosum istum animum colis, postremo debenevolentia & charitate, qua studiosos bonarum litterarum prosequi soles, multa quidem accepissem, mirabiles tui amores eius in me oratio excitauit: ac me subito, te adeundi, & colloquendi cupiditas corripuit: ut eum virum de quo tam multa absens audieram presentem oculis contemplerer. Istam vero opinionem quam ex sermone Gonsali de tuis virtutibus coeperam constans vox atq; etiam testimonium, eorum omnium qui isthinc ad nos singulis diebus veniunt, magis auxit, atque animum meum inflamauit tam impotenter, ut cum te, neq; alloqui neq; adire possem mecum effecerit ut istum mei animi sensum per litteras tibi significarem. quamquam autem adscribendum per cadorem animi tui, & singularem humanitatem facile mihi pateret aditus, indignum sane semper putavi, atque ab omni specie ciuilitatis alienum me inserere, & tuam gratiam per me ipsum ambire, & petere. patronum igitur mihi querendum esse censui, qui rusticanum istum mihi pudorem abstergeret, atq; apud te, meam istam causam ageret. Cum ego de hac re nimium essem sollicitus, ecce adest Arist. philosophus satis urbanus & cuius consuetudine, uti scis, plurimum olim reges utebantur, in primis vero Alexander ille magnus. huius ego libros aliquot meis commentarijs illustraueram. is mihi ait, bono animo esto: neque te ea cura sollicitet: ego mihi illam suscipio. atque ut accepti abs te beneficij partem aliquam referam, principem virum adibo, eundemque tibi de vinculo reddam. rogo quibus conditionibus. tum ille, modo commentarios tuos quos

quos in libros de interpretatione confeci, mihi reddas: ut hos ego dicatos clarissimo viro, in vulgus edam. recusavi tantisper conditionem, neq; me Arist. summi philosophi precibus facile exorari passus sum. Nam neq; commentarios meos tanti faciebam ut dignos eos existimarem, qui viro praestantissimo dicarentur: neque tam culti, atq; elaborati mihi esse videbantur, ut si in publicum prodiret honorem meum, si quis est, sartum tectum seruare possent. Cum ego magis ac magis repugnarem homini qui cupiebat erga me officiosus videri atque esse, ne sis, inquit ille, sollicitus quid de tuis commentarijs homines sentiant, quos ego non mediocriter probo, & doctis scio atque probis hominibus placituros. sed patronum ambigui generis splendore, maiorum suorum rebus praclare gestis illis exornet. propria deinde virtute & litterarum gloria claros reddat: quando tibi aduersus sophistas seditiosos homines pro veritate dimicandum est. non facile autem (mihi crede) quaequam reperias, qui his, quas dixi, virtutibus tantum possit atque is, cuius tu gratiam expetis. te autem monstrabat illustrissime fajarde: de cuius laudibus in praesentia dicere nihil audeo ne easdem referes ingenij culpa deteram. erit fortasse locus aliquando de illis dicendi, ut te dignum est hoc est copiose atque vberime. interim tamen illud vnum dixisse satis sit, quod tuam virtutem maxime commendat, te, ad generis splendorem, & patris atq; aui tui antiquam gloriam, propriae virtutis & disciplinarum ingentem cumulum addidisse. ad quas quidem disciplinas, te, si natura copositus non esses, satis superque inflamare & toruisset optimus atq; doctissimus socer tuus vrania comes, qui erectum a fundamentis ossum & academia tardos quoque homines, & parum ad litteras natos ad studium bonarum artium & praestantissimarum disciplinarum prouocat, atque incendit. vicit me tandem fateor Arist. & commentarios extorsit hos ad remitto. illos excipe vir clarissime, atque ut te decet, defende. nam tametsi tanta ista maiestate indigni sint, certe testes locupletissimi esse paterunt eius beneuolentiae atque studij, quo ego libenter prosequor eximias ingenij tui, atque animi dotes. me quoque tuorum numero adscribere generosissime Petre, dabo enim operam sedulo ne te mihi unquam poeniteat benefecisse. insuper tuo patrocinio animatus durissimam istam provinciam quam egomet mihi iungi latine interpretandi Aristotelem, ut par est sustinebo. & tua ope, mea quoque industria & diligentia (nisi me fallit animus) multis prodero. Vale ex collegio & bibliotheca nostra nonis Martijs 1558.


A ij

Ad lectorem bacalarius
sanctus nieua Segobienfis.

*Barbaries animos audaces passa repulsam
Concipit in sophiam, dira que bella mouet,
Cedat ut eloquio latio sacris que Camenis
Cogitur, atque situ squalida possit opem.
Ut que solet prensare manus, qui munera circi
Ambit, & in plebem prodigus esse solet.
Haud aliàs in culta suum prece possit honorem:
Et fudit precibus, pollicitisque suis.
Sidera cum radios fugiant hyperione nati
En nebula ethereum prouocat atraiubar.
Non aliter Cardillus adest, cui cedere doctos
Constat, & indignum barbarus esse putat.
Sed redit ut palma parta Sol clarior, & que
Gasparus en fuso clarior hoste manet.*

COMMENTARIVS

IN LIBRVM ARISTOTELIS
PERIHERMENIAS, HOC EST DE
interpretatione. Huic adiecimus
cas quaestiones quaer pertine-
re videntur ad explana-
tionem sententia
Aristotelis.



*H*actenus enarrauimus quinq; voces Porphirij, Enarra-
& decem Aristotelis categorias. Iam vero ra-
tio interpretationis a nobis suscepta postulare vi-
detur ut libri de interpretatione, opus mea sen-
tentia longe impeditissimū, difficilimumque in-
terpretemur. Ut tamen nostrum morem, & con-
suetudinem retineamus anteaquam sententiam Aristotelis in-
quamus pauca nobis praefanda erunt. necessaria illa quidem ad intelli-
gendum exactius quid velit nobis in hoc libro tradere Aristoteles.
Cum autem ordo rerum quae traduntur si intelligatur a nobis magnū Cicero.
emolumentum affert, est enim ordo, ut scribit. Cicero, lib. primo offi-
ciorum rerum compositio, aptis, accommodatisque locis, de eodem mi-
tio pauca mihi dicenda sunt. Ordo quod sit.

¶ Quem ordinem feruent libri Ari-
stotelis de Dialectica.

IN libris quibus logicam tractat, Aristotelis mens est, ut dictum Scopus lo-
est a nobis vberius quaestione tertia praambula quinq; vocum, ra-
tionem docere, & praecpta tradere, conficiendi demonstrationem,
qua esset instrumentum aptum ad explicandas omnes artes, & re-
gula, ad quam omnia expenderentur. insuper etiam modus comparandi
di disciplinas omnes. Operepretium ergo fuit ea explicare prius, quae

Quæstiones

Demonstratio. ad eiusdem constructionem pertinerent, quare cum demonstratio quidam Syllogismus sit. cap. iij. lib. i. de priori resolutione, de Syllogismis prius differendum fuit. Et quoniam Syllogismus propositionibus constat, ut propria materia, De propositione prius agendum fuit. at qui natura enuntiationis docetur ab Aristotele in libro de interpretatione merito igitur hic liber ante libros resolutorios collocari debuit.

Ante libros resolutorios collocatur liber de interpretatione. Quare hic liber consequitur categorias, unde simplices voces capiendæ sunt, quibus propositio efficitur. atque constat. antecedit verò libros resolutorios in quibus de syllogismo, atque eius formis agitur: quibus efficiendis hic liber materiam suppeditat.

Quæ sit mens Aristotelis in hoc libro.

Sed quoniam poterit statim rogare quispiam quæ sit subiecta materia. aut quid illud sit de quo in libro de interpretatione agitur ne lectorem diu suspensum teneam paucis verbis dubitationem istam adimam. Subiectum ergo huius libri est enuntiatio, quoniam est de quo in presentia disputatur.

Enuntiatio subiectum est. Propositum verò Aristotelis est explicare nobis enuntiativam orationem non omnem illam quidem, sed simplicem duntaxat. Vt oratio enim quæ ista enuntiatio sit minori negotio possit intelligi referenda nobis statim sunt differentia atque forma orationis, ut enuntiativam accipiamus.

q; partes habet. Ergo oratio quinque partes habet una est vocatiua, ut heudū ad me altera. imperatiua ut vade, age nate, voca Zephiros & labere penis. *Vocandi.* Tertia interrogatiua ut. Quod genus hoc hominū, quæ de hunc tam *Imperandi.* barbara morē permittit patria. Quarta optatiua, ut Ortinam libeat *Intervogandi.* mecum tibi sordida rura, atq; humiles habitare casus. Postrema enuntiativa, ut. est modus in rebus sunt certi denique fines. Cetera enim *Optandi.* orationum genera ad hæc ipsa, tanquam ad prima capita referuntur: *Enuntiandi.* nam deprecatiua, qualis illa est. per ego te deos oro sub optatiua collocatur. appellandi oratio, subvocatiua. oratio dubitandi, sub interrogatiua, oratio iurandi. ut per caput hoc iuro. & exponendi, ut esto *Cetera age.* agram nulli quondam flexere mariti. & supponendi ut positum sit *nera orationū ad ista referuntur.*

ter-

præambula.

terram esse mundi centrum. coll. cantur sub oratione enuntiativa. Ergo cum tot sint genera orationum Aristotelis in presentia propositum est indicare quæ sit oratio enuntiativa, atque illam explanare, hoc nobis ipse Aristoteles significat. cap. de oratione. cum inquit. Cetera igitur relinquuntur rhetorica enim. l. poetica convenientior est earum consideratio. Enuntiativa verò presentis est speculationis.

Propositum Arist. Ratione verò eadem sententia persuadetur: quæ ita colligitur. In presentia solum agitur de ea oratione, qua mentis concepta interpretatur: hoc solum fit. enuntiativa. ergo hanc explicare est animus. Discursus legitimus est, maior verò probatur à fine logica sumpto argumentum. est enim (ut diximus) eius finis. docere rationem conficiendi demonstrationem quæ sit instrumentum separandi verum à falso. Quare debet constare illa orationibus in quibus est verum aut falsum. huiusmodi sunt illæ quibus interpretamur mentem, atque animum. Idem constat ex titulo lib. inscribitur enim πρὸς ἑρμηνείας, hoc est de interpretatione quoniam in eo differitur de instrumento illo quo mentem interpretamur.

Ratione eadem sententia convenitur. Minor vero probatur illis verbis Aristotelis in cap. de oratione, enuntiativa, non est omnis oratio, sed illa in qua verum. l. falsum est. quare in oratione enuntiativa est verum. l. falsum atque ex consequenti illa est interpretis animi. quod autem hoc non insit ulli alteri generi orationis Arist. refert eodem cap. his verbis. non autem omnibus orationibus inest. verum inquam aut falsum. addit. Nam deprecatio oratio quidem est: sed neque vera est, neque falsa. atque ut vno verbo cuncta completeretur ait. Cetera relinquuntur &c.

Hoc autem ratione persuaderetur cum enim duplex sit animi pars. una qua cognoscimus, ut intellectus. Cogitatio, opinio, phantasia. sententia enuntiativa, altera appetendi ut voluntas, ira, cupiditas, istarum partium, prior verum, aut falsum continet. posterior verò minime. ut Cicero. etiam presens animi sit. refer. lib. primo officiorum his verbis. Cum motus animorum duplices sint, alteri cogitationis, alteri appetitus. Cogitatio in verò exquirere Cicero libro priorum officiorum vero ea solum quæ enuntiativa est in parte cognoscendi est posita.

B ij Cetera

Quaestiones

Enuntiatio.
Cetera orationes ab enuntiatione explicant affectus.

Cetera in parte bruta, atque experte cognitionis. ergo tantum enuntiativa oratio vera vel falsa est, atque ex consequenti illa tantum interpretis animi est. quod autem enuntiatio sit in ea parte animi ipsum nomen indicat. Dicitur enim enuntiatio quoniam interpretatur animi. quod cetera sint in alia parte animi hinc constat, quoniam omnes illae explicant affectus. quod ita probatur quoniam qui cupit ab altero quidpiam obtinere, aut cupit sermonem, aut rem, si sermonem exprimit cupiditatem illam interrogativa oratione. ut, dic mihi quo pignore certes? Si vero rem. l. ipsum, cui loquimur. & hoc efficitur oratione vocativa ut. heodum ad me. l. aliquam illius operam. tunc vero aut is a quo petimus inferior nobis est dignitate. aut superior, si inferior imperandi oratione utimur ut. eia age, vade, gnate, voca Zephiros. Si superior, optativa. ut. o utinam libeat tecum tibi forvida rura, atque humiles habitare casas. ut enim imperamus inferioribus. sic obsecramus superiores. quare cum haec omnia genera orationum explicandis affectibus seruiant ab ea parte animi proficiantur, quae libidibus agitur, & appetitus dicitur, & quae verum, & falsum ignorat. Reliquum est ut sola enuntiativa oratio verum dicat aut falsum, atque ex consequenti ad philosophos spectet. Vnde colligitur de hoc uno orationis genere in presentia orationem haberi.

Quis sit titulus aut inscriptio.

Interpretatio trifariam usurpatur.

Inscribitur hic liber $\mu\delta\delta\iota$ $\xi\gamma\upsilon\omega\upsilon\epsilon\tau\alpha$, hoc est de interpretatione. interpretatio vero trifariam usurpatur solet. Primum interpretatio dicitur elegans atque ornata locutio. Deinde demonstratio rei alicuius. Tertio oratio quae exprimit cogitata mentis, enuntiationem vulgo appellamus qua significatione usurpatur in presentia ab Aristotele. Cum librum appellat de interpretatione.

Materia huius libri.

Hinc constat materiam huius libri esse enuntiationem. nam titulus paucis verbis complectitur id de quo agitur.

Obiectio.

Sed obijciat aliquis nonne Arist. in presentia de nomine, & verbo agit, atque de oratione? Non est igitur existimandum subiectum, tantum esse enuntiationem. Dicendum est optimo iure inscribi librum

praëmbula.

3

brum de interpretatione, & subiectum eius vocari enuntiationem: etiam si quæ numeravimus explicetur hoc loco, quoniam omnia illa gratia enuntiationis explicantur ut inquam illa exactius explanari possit. explanatis prius eius partibus nomine scilicet, & verbo. atque etiam genere, hoc est oratione. Cum autem enuntiationis duplex genus sit, una est simplex quæ categorica vocatur. altera conditionalis, aut coniuncta. quam vulgo appellant hypotheticam. Aristoteles de utraque differit: sed potissimum quidem de enuntiatione simplici. Ratio est quia hæc simpliciter, atque omnino interpretatur animi concepta. atque ideo maxime conducit ad conficiendam demonstrationem, quæ ad scientiam comparandam petirnet hypothetica namque propositio non servit cognoscendæ veritati, neq; conficiendæ demonstrationi. Primum quidem quoniam interdum aliquid a sumit quod sola hypothese verum est non simpliciter, atq; omnino, ut si currit movetur. Deinde quia syllogismi ex hypothese in nulla trium figurarum possunt confici. atque propositio ad syllogismum præferim vero ad demonstrationem refertur. Quod vero non pertineat id genus propositionis ad syllogismum ex eiusdem constat finitione. est enim syllogismus argumentatio in qua positus quibusdam aliud colligitur. at hypotheticæ propositiones non sunt propositiones, sed suppositiones. neque ponuntur in syllogismo sed supponuntur.

Cur aliarum partium memnerit.

De qua enuntiatione differit.

Hypothetica propositio. Prima ratio.

Quibus positus

Quibus nominibus significetur enuntiatio.

Enuntiatio vero de qua differit Arist. in lib. de interpretatione multis nominibus appellatur. Nam propositio, conclusio, quaestio, & refutatio, aut instantia dicitur. Omnia enim hæc re, & subiecto idem sunt: ratione tamen distinguuntur. Propositio enim dicitur quæ ratione ponitur ad aliud colligendum, quo nomine utitur Arist. in lib. resolutorius, in quibus de syllogismus differit. Conclusio vero quæ ratione colligitur ex alijs. quaestio: quatenus dubia est: & interrogatur ab aliquo. Instantia est propositio propositioni contraria. ut ait Arist. lib. primo de priori analysi. Enuntiatio quatenus interpretis animi est, & hoc sensu accipitur in presentia. Duæ quidem partes quæ

Propositio.

Conclusio.

Quaestio.

Instantia.

Enuntiatio.

Quæstiones

stio, & instantia ad dialecticum pertinent. atque ideo illas explanat Arist. in Topic. Quo loco de dialectica disputat. Proposuit, & conclusio, quæ ad logicam attinent cuius finis est augmentatio ad libros perinet resolutorios.

¶ Vtrum hic liber sit Aristotelis.

Veteres quidam enarratores Aristotelis in quæstionē vocare solent vtrum liber de interpretatione sit Aristotelis, an cuiuspiam alterius auctoris quam quæstionem explicare operepretium fuerit. an teaquam alio properemus. sunt qui dicant hunc librum non esse Aristotelis. in hac sententia est Andronicus Rodius, ut est apud ammonium initio commentariorum in hunc librum adducitur hoc argumentum quoniam quicumque est auctor huius libri, initio appellat conceptus animi passiones animi, & inquit de his dictum esse in libris de anima. atqui nullus locus est in libris de anima in quo Aristot. appellet conceptus animi passiones. quare. l. libri de anima non sunt Aristotelis cum in eis simile testimonium non reperiatur. l. hic liber qui de interpretatione inscribitur. Cum autem aperte cõstet multis magnisque argumentis quod nos eo loco dicemus, libros de anima esse Aristotelis proculdubio inquit Andronicus liber de interpretatione non debet putari Aristotelis.

Veritamen Andronici sententia hac parte probari mihi nullo modo potest. hic enim liber si quis alius est Aristotelis, auctores sunt uniuersi græci enarratores. auctor est etiam Aristot. qui sæpenumero huius libri mentionem facit, opera Deinde atque studio aristarchi qui ut morem gereret Ptholomeo libros Aristotelis nothos & adulterinos à proprijs discreuit liber de interpretatione Aristoteli concessus est. in quo inest magna copia sententiarum, & præceptorum, multa obscuritas dictionis. quæ frequentissima sunt in Aristotelis scriptis.

Non debuit autem Andronicum perturbare illa Aristotelis sententia initio huius libri quo loco appellat conceptiones animorum, passiones, de quibus ait plura se dicere in libris de anima nam Aristot. cap. i. lib. i. & lib. ij. non semel. atque etiam. iij. concepta mentis appellat

præambula.

4

pellat passiones vel affectus ille vocat quoniam cognoscendo ut ille ait anima patitur quodammodo.

¶ Quo pacto liber diuisus sit ab Aristotele.

Vtgo ferunt hanc disputationem de enuntiatione Aristotelis duobus libris complexum fuisse verum si diligenter rem consideremus planè comperiemus apud Aristot. vnum duntaxat de hac re librum esse. qui in sectiones quasdam diuiditur. Nos verò habita ratione rerum de quibus in eodem libro agitur, eundem in quatuor partes distribuimus. Ista enim diuisione proposita facilius reliqua consequemur. In prima parte differit Aristoteles de principijs enuntiationis, nempe de nomine, & verbo, atque id facit suo more. Solet enim ille ea dicere initio quæ iuuant ad reliqua facilius intelligenda quod fecit cum de categorijs disputaret, atque etiam in reliquis disputationibus. Vbi verò nomen atque verbum explanauit, de enuntiatione differit. Enuntia-
qua materia est huius libri. non quæuis illa sed simplex ut dixi superio-
rius. hæc duplex est. vna quæ subiecto, & predicato tantum constat. plex.
ut homo currit homo vincit. in qua homo subiectum est, vincit præ-
dicatum, altera verò in qua præter subiectum & predicatum est etiã enuntia-
tertius terminus, qui dicitur appredicatum ut homo est animal. in qua-
tio.
verbum est appredicatum existit (est autem appredicatum subiecti, Appredi-
& prædicati vinculum.) In secunda parte huius libri Aristot. de illa-
catum.
enuntiatione differit, quæ subiecto, & predicato tantum constat. In
tertia verò de ea cui præter subiectum, & predicatum inest etiam ap-
predicatum, & quæ signum, aut generale, aut speciale in se habet.
Quoniam verò sæpe contingit ut enuntiatio cum modo existat ut So-
crates perspicue disputat, apte concludit. In quarta parte huius libri
explicat Aristot. illud genus enuntiationis quod cum modo existit.

¶ Argumentum capitis primi.

Explicuit Aristoteles in categorijs, quæ esset natura vocum singularum, & quæ similiter habitudo, in hoc libro differit de enuntiatione

B iij tiatione

Commentarius in librum

riatione quæ ex vocibus illis efficitur, constat quæ hoc ut efficiat commodius à partibus enuntiationis exordium sumit. Sunt illa, nomen & verbum, quoniam verò nomen atque verbum ex institutione significant, non natura, præterea non declarant verum aut falsum quæ nomina sunt, atque verba, Docet præsentem capite quod est veluti prohemium reliquorum, nomen, atque verbum positione significare argumento sumpto à simili. Deinde probat nomen, & verbum per se neque verum continere, neque falsum argumento à maiori.

¶ Caput primum.

Primum oportet constituere quid nomen, quid verbum.

Aristoteles exordium sumit ab enumeratione eorum de quibus disputaturus est præsentem libro. est sanè animus Aristoteli dicere quid sit enuntiatio, & quod eius forma. Deinde quæ sint eius affectiones oppositio inquam, & æquipolentia, ut exponat autem rationem consiciendi enuntiationem apperit, quid nomen sit, atque verbum, quæ sunt partes enuntiationis.

In primis cum Aristoteles narrat ea de quibus disputaturus est inquit. Primum oportet constituere græce est verbum quod significat ponere. Hoc verbum multos habet intellectus apud Aristotelem primum quidem significat concedere. Vnde positio hoc est concessio dicta est, cui oppositio contraria est. Deinde ponere est contra hominum sententiam, atque opinionem aliquid dicere, vnde positio ortum habuit, quam Arist. lib. i. Topic. appellat admirabilem opinionem alicuius familiaris in philosophia. huiusmodi sunt stoicorum Paradoxa, ut omnes stulti insaniunt. Tertio ponere est polliceri nos quidpiam facturos, cui contrarium est reponere, quod significat sententiam retrahere. Quarto significat supponere hoc est minime probare, sed accipere vnde positiones vocantur rerum descriptiones, quæ monstrari non possunt, quod lib. i. de post. Arist. docet. Postremo ponere est definire. ipse enim definitiones, positiones vocantur, quia ponuntur in dem

monstra-

perihermianas Aristotelis.

5

mōstratione. Cum ergo tot modis verbum vsurpetur, in præsentia accipitur postrema significatione ut sit constituere, aut ponere, definire. hic enim vsus verbi maxime consentaneus est proposito negotio: cæteri quodammodo extranei. argumentum est loquendi ratio. ait enim Arist. primum oportet ponere quid nomen: nam quid sit ad diffinitionem pertinet. Deinde quoniam singula, quæ in præsentia proposita sunt deffinit suis locis Aristoteles, ut plane constat.

Ait ergo Aristoteles primum omnium dicturum se, quid nomen, & verbum sit, quoniam hæc duo, ut dixi, partes sunt enuntiationis.

Sed quæret aliquis quam obrem Aristoteles promittat se in præsentia explicaturum quid nomen, & verbum sit, quæ sunt simplices partes enuntiationis, si est ab eodem in categorijs copiose de vocibus simplicibus disputatum. verum ista dubitatio facile adimitur, si dicamus alia ratione agere Aristotelem in præsentia de simplicibus vocibus, quam egerit in categorijs. Neque mirum est de eadere tractari pluribus locis, si diuersis illa modis, locis diuersis, accipitur. Modo res eadem nomen, & verbum vocatur. Deinde etiam terminus dicitur, atque etiam vox simplex, & dictio, diuersa tamè ratione. Voces enim vocantur, quatenus natura instrumenta sunt, & seruiunt explicandis cogitationibus animorum. Si tempus vox consignificet, sine tempore, subiectum est. l. prædicatum, & nomen & verbum dicitur. terminus, est extremum propositionis. Dictio est pars affirmationis, & negationis. ergo determino in lib. de priori, analysi disserit. in quibus resoluit conclusionem in principia. de vocibus quæ habitudinem inter se seruant, in categorijs. de nomine, & verbo, quæ partes sunt enuntiationis, in lib. de interpretatione. Non debet ergo vlla ratione hoc nomine increpari Aristoteles ut a quibusdam Neotericis scriptoribus temere reprehenditur.

Quæret fortasse quispiam quid causa sit, cur cum sint octo partes orationis, tam latinis, quam græcis hominibus Aristoteles prætermittit cæteris nominis tantum, atque verbi mentionem fecerit dum pollicetur se istas duas partes explicaturum? Nunquid cæteræ partes non pertinent ad enuntiationem, quam in præsentem libro contendit enun-

C plana

Consti-
tuere.

Ponere.

1

2

3

4

5

Duplex
argumen-
tū huius
rei.

Prima
quæstio.
Cur à sim-
plicibus
vocibus
hoc loco
differat.
Eadè res
multis no-
minib⁹ si-
gnificat.
Voces.

Nomen.
Verbum.
Termin⁹.
Dictio.

Secunda
quæstio.
Cur præ-
termittit
alias par-
tes oratio-
nis.

Commentarius in librum

planare in librum. Huic tamē dubitationi facilē satisficiemus si pau-
cis perstringamus, quæ Hamonius longo sermone differit de eadē re.

Octo partes orationis ad tres classes rediguntur. eorum enim quædam significant substantiam, seu personam, aliæ actionem, seu passionem, in substantia: aliæ denique habitudinem significant partium reliquarum, res exemplis constabit. nomen enim substantiam rei significat, pronomen personam primam, aut secundam, aut tertiam. verbum significat actionē vel passionem, vt. vro. ludo. vro. ludo. Participium partim ad nomē refertur partim aduerbum ceteræ omnes orationis partes habitudinem tantum significant, atque ex officio, nomen, appellationemque inuenerunt. Quæquam ergo octo sint partes orationis Arist. duas tantum recensuit. Nomen inquam, & verbum, atq; id merito. Cau-

sa verò huius rei ea est quoniā illæ duæ partes, necessariae sunt ad efficiendam enuntiationem, & sunt satis tametsi de sint ceteræ. Arist. verò de illis tantū partibus debuit agere quæ sunt necessariae, & sunt etiam satis ad conficiendam enuntiationem, assumptū probo Arist. testimonio in cap. de enuntiatione. cum ait omnis enuntiativa oratio ex nomine, & verbo componitur. Deinde quia enuntiatio est fidelis animi interpres. Sed ad interpretandum quæ sunt comprehensa animo satis est nomen atque verbum quibus necessario constat enuntiatio ergo merito duas istas partes recensuit. Neutra enim sine altera satis erat. nam qui hominem dicit nihil enuntiat. neque rursus qui dicit curro nisi personam intelligat. Ceteras verò omnes prætermisit Aristoteles quia non sunt necessaria ad efficiendam enuntiationem, nam sine illis constat enuntiatio. vt cum dicimus homo currit, homo vincit. imò verò neq; sunt omnino partes ipsius enuntiationis. sed vincula, aut ornamenta eiusdem. Dialectica verò non per se quia ornamenta, sed partes, atque ideo ad oratorem reliquæ pertinent. Perinde enim se habent istæ partes in enuntiatione vt. Clavi, Calx, & similia in domo. atqui istas nemo partes vocat domus. Sed vincula partium. ergo hæc sunt affectiones partium quibus enuntiatio constat vel ornamenta enuntiationis, non partes. hoc ex appellatione constat.

Pronomē

perihermænas Aristotelis.

6

Pronomen namque dicitur quasi nominis personam significans vsur-
patur enim pronomine. Participium quod a nomine & verbo partē
capiat. Aduerbium quod verbo addatur. Prepositio quod interdum
nominibus, interdum verbis preponatur. Coniunctio quod partes ora-
tionis vel ipsas orationes coniungit. Interiectio tandem quod ceteris
omnibus interse ratur. Quare sequitur solum nomen, atque verbum
esse veras partes enuntiationis. atque ob eam rem vtriusque fecisse
mentionem Arist. ceteris prætermisissis, quæ sunt locutionis partes vt
Arist. ait lib. de poesi non enuntiationis.

Altera etiam ratio. reddi potest cur duas tantum orationis par-
tes nomen inquam, & verbum, recensuerit philosophus ea est quia
sub his duabus ceteræ continentur. Existunt enim in his potestate, at
que ideo hebræi tres tantum partes orationis faciunt quas vocant his
nominibus. sem. po. hal mila. Hoc est nomen. verbum, diētionē. græci
quoq; nomen, & verbum ponūt atq; etiam sinca thegorema. per no-
men, & verbum, pronomē, & participium significat. Sinca thegore-
ma, & mila. significat reliquas partes. quæ dūt axat exornāt locutio-
nē. atq; ideo earū cōemplatio nō pertinet ad dialecticos, qui abiecto
splendore, cultuque orationis veritatem diligenter inquirunt.

Vbi dixit Aristoteles oportere cōstituerē quod nomen, & verbū
sit, alia quoque refert de quibus est etiam differēdum. Cum inquit.

Postea quid est negatio, & affirmatio, & enuntiatio, & oratio.

Cum enim propositum Arist. in præsentia sit docere rationem cō-
ficiendi enuntiationem, quæ est huius libri subiectum, & affirma-
tio, atque negatio, enuntiationis partes sunt, vt planè constat: quid sit
enuntiatio explicare operæpretium est, affirmationem, & negatio-
nem. Deinde cum oratio genus sit enuntiationis. omnis enim oratio,
aut enuntiat, aut non enuntiat, aperire oportet orationem vt intelli-
gamus adamusim, atque exacte naturam enuntiationis. est enim
enuntiatio oratio non omnis, vt ait, Arist. sed illa in qua verum vel
falsum est. quare vt finitio enuntiationis apertior fiat. Orationem
explicare necesse est non ergo sine ratione tot vocum mentionem fa-
cit in præsentia Arist.

C ij Qua-

Octo partes orationis ad tres classes rediguntur.

Due partes orationis satis sunt ad enuntiationem conficiendam.

Ad orationem quæ partes orationis spectent.

Pronomē. Participium. Aduerbium. Prepositio. Coniunctio. Interiectio.

Arist. li. de poesi. Sub his duabus partibus reliquæ continentur.

Cur de affirmatione & negatione differat de oratione.

Commentarius in librum

Cur nō fa-
ciat vocis
mētiōē. Quæret aliquis quam obrem Aristoteles prætermiserit vocem,
quæ videtur esse genus orationis sicut oratio genus est enuntiationis,
& non potius illam recensuerit inter cetera de quibus in præsentī li-
bro disputaturus est.

Vox non
est genus
orationis
sed mate-
ria. Hæc tamē dubitatio facile adimitur. Primum quidem si negemus
vocem genus esse orationis. non est enim eius genus sed materia dñm
taxat ut Aristot. refert. cap. viij. lib. v. de generatione animalium.
Quare non oportuit inter ceteras partes referri hoc nomine. Deinde
dicendum est eo nomine vocem reticuisse philosophum hoc loco, quod
eius consideratio logica non sit. Logica enim tantum cōtemplatur ea
quæ ex instituto hominum pendent. Cuiusmodi sunt ea quæ retuli-
mus, vox autem naturalis est, & naturæ instrumentum, ut Aristot.
in cap. de oratione significat. Constat hoc etiam ex eo quod vox non
hominī tantum. Sed. cæteris quoq; brutis animantibus concessa est.

Tertia ra-
tio. qua sensum iucundi, atque tristis exprimerent. accedit ad hoc eius fi-
nitio. Vox enim, ut refert Arist. cap. ix. lib. iij. de historia animalium
spiritus quidam est sursum versus elatus partibus quibusdam, velut
Vox quid
nam sit. instrumentis absolendus hanc quæstione. h. se. Et. xi. problemat. aere
formatū appellat. Quam obrem iure optimo eandē Arist. missam fecit.

Cur isto
ordie sex
istas vo-
ces collo-
carit phi-
losophus. Si roget aliquis quam obrem istarum sex vocum Arist. hoc ordi-
ne mentionem fecerit, facile ratio reddi potest. ille enim naturæ or-
dinem seruat, & quæ prima sunt, primo loco reponit. quare cum no-
men, & verbum secundum naturam prius sint quam affirmatio, &
negatio, sunt enim eius partes, si quidem necesse est omnem affirma-
tionem, & negationem constare ex nomine, & verbo, ante affirma-
tionem, & negationem collocavit nomen, & verbum. affirmationē
verò, & negationem ante enuntiationem. Cuius partes sunt. Enun-
tiationē denique ante orationem, cuius est etiā pars, itaque vna, atq;
eadem ratio reddi potest collocationis, atque ordinis istarum vocum.

Cur nō eo-
dem ordi-
ne voces
explanet. Cum verò voces istas explanat non omnino eūdem ordinem seruat.
Sed interdum diuersum. tunc maxime cum id postulat ipsa tracta-
tio, quæ accommodari debet hijs qui discunt. quam rem suo loco, &
tempore docebimus.

Vb

perihermānias Aristotelis.

Vbi Aristot. proposuit nobis ea de quibus disputaturus est, conso-
num rationi videbatur. ut statim subijceret nominis, atque verbi fi-
nitionem. Hoc tamen non fecit, sed prius admonet quænam ea sint,
quæ nominibus significantur. nam nisi hoc nos doceret prius non sa-
tis ex æte intelligere possemus nominis, atque verbi finitionē. in qua
rum vtraque ea vox collocatur significatiua. Nomen enim atq; ver-
bū voces vocantur quæ significant ab Aristot. quid autē illud sit, quod
significant non docet eo loco, quare necessarium fuit, ut hoc diceret
prius, atque ita inquit.

Sunt ergo ea quæ sunt in voce earum quæ sunt in anima passio-
nem notæ. & ea quæ scribuntur eorum quæ in voce sunt, & quem
admodum, neque litteræ omnibus eadem, Sic neque eadem vo-
ces. quarum autem hæc primum notæ sunt eadem omnibus passio-
nes animi sunt, & quarū hæc similitudines, res etiam eadem, de hijs
verò dictū est in hijs quæ sunt de anima, alterius enim est negotij.

Quatuor sunt quæ existunt in natura rerum, res ipsæ. rerum con-
ceptiones. Voces, atque litteræ. hæc verò hunc ordinem seruant, ut pri-
mo loco res sint. Secundo conceptiones rerum, post eas voces. postre-
mo loco litteræ. res habent principem locum. quoniam cetera omnia
rerum gratia inuenta sunt, aut ab eisdem proficiscuntur. Conceptus
enim rerum sunt quoniam à rebus sumuntur, atque in eas desinunt.
atque ideo conceptiones rerum ipsis rebus sunt natura posteriores.

Consequuntur deinde voces, quas ea gratia nobis natura concessit, ut
quæ in animo condita sunt alijs explicemus, & vitam cōmunem aga-
mus. nam cum homo animal sit ciuile, atque sociale ut Arist. scribit.
lib. primo de republica, ut vna cum alijs viueret, & mutua familiari
tate vtretur, sermonem accepit. Hoc enim præcipuum datum est
homini præ cæteris animantibus ut solus boni, & mali. iusti, & iniu-
sti, ac cæterorum sensum habeat, ut Aristot. refert. cap. ij. lib. i. de re-
publica, atque ideo soli homini sermo datus est ad vtile, atque inutile,
iustum, & iniustum declarandū. Cæteris verò animantibus vox tan-
tum concessa est, quæ doloris, & iucunditatis est nota, quoniam ha-
tenuis eorum natura processit, ut molesti, atque iucundi sensum ha-

Cur soli
homini
sermo con-
tigerit.
C ij beāt,

Quam ob-
rem de si-
gnificatio-
ne vocum
differat
Aristot.

Quatuor
existunt
in natura
rerum.
Res.
Cōceptio-
nes.

Voces.
Vocū mu-
nus.

Vocis & sermonis discrimē. beant, & hæc inter se significare queant eodem Arist. autore loco citato, atque hoc maxime interest inter vocem, & sermonem, ut elegantissime differit. Arist. cap. ix. lib. iij. de historia animalium quare tertio loco voces existunt, atque inter voces sermo, ut ostendimus.

Litteræ. Postremum locum litteræ occupant, quæ sermoni sufficiuntur. nam quomodo voces. atque sermo pertingere non possunt, eo litteræ pertingunt. & quod homines vocali oratione efficere non possunt, id quidem, apte, atque commode litteris efficiunt magno compendio, quarum munus, atque officium est, illud efficere, ut cum absentibus, perinde, atque si præsentibus loquamur. Recte facta, atque dicta, præstantium virorum diu integra, atque incorrupta servare, memoriâque hominû ab iniuria tēporis, quod adit omnia, atque cōsumit vindicare. Deinde etiâ ut cū absentibus, perinde ac si præsentibus essent, loquamur atque eisdē nostri animi cogitationes ipsi, qui magno loci intervallo à nobis distāt apperiamus. quod & Ovidius illis verbis dixit.

Ovidius. His arcana notis terra, pelagoq; feruntur in epistola phædra. ergo cum videā tot actātas nobis præberi utilitates ex litteris, nō possum nō improbare veterū quorūdam philosophorū sententiā, qui aiebāt, nihil esse ab hominibus magis perniciosum excogitātū quā litteras. in qua opinione Socratem fuisse scio ut est apud Platonē in epistola quadā. Exolefcit enim, eo autore, memoria hominū litteris inuētis negligētiores efficiuntur earū gratia, atq; hæc vna causa fuit, quantū ego intelligo. Cur Pithagoras, qui primus philosophi nomen habuit nō solus, nihil quidpiā monumētis litterarum voluit, sed præcepto quoq; cavuit, ne quispiā discipulorū scriberet, nam ante philolanni nemo vnq; est ausus mādare litteris symbola pithagorica. quis enim negat imbecillam esse hominū memoriā, & magnarū rerum facile nos obliuionē capere, nisi præsidij litterarum adiuuemur? is ergo ordo est inter quatuor ista quorū facit Arist. mētionem in præsentia. res videlicet, cōceptiones. rerū voces, & litteras. iam quo pacto hæc ipsa inter se cōferatur paucis dicamus. ergo res ea cōceptiones rerum natura significāt. Voces, verò, & litteræ positione, hoc probat Aristoteles hac ratione, quæ apud omnes vim habet eādē natura significāt. huiusmodi sunt

di sunt res ipse, & rerū cōceptiones. significāt ergo natura. Discursus est legitimus. maior propositio est Arist. præsentis loco, & cap. vij. lib. v. ethic. his verbis. quod natura constat immobile est, atque apud omnes vim habet eādē ignis enim, & hic & apud persas vrit. huius autem rei ea ratio est quoniam natura vis, eadem vbiq; est. quare eius opera eadem apud omnes sunt. res autem ipse, atque etiam cōceptiones rerum eādē apud omnes gentes vim habere plane cōstat. ergo natura significat, non positione.

Voces verò & litteræ nō significāt natura, sed positione potius, aut ex institutione hominū. quod ea ratione persuadetur, quia nō significāt idē apud oēs. sed dūtaxat apud eos qui eadē lingua, eisdēque characteribus vritur. Cū enim ex institutione significēt, illis tantū significāt, qui bus institutū est, ut significēt, ut exēplo etiā cōstare possit, aliarū rerū. Signa enim bellica, quoniam ex institutione hominū significāt, illis tantū significāt, inter quos cōuenit ut significarēt. illud autē ergumēto esse pot, voces, atq; scripturas positione significare, nō natura, quæ neq; eisdē vocibus, hispani vritur. qbus galli neq; litteris eisdē sed diuersis poti.

Quāquā autē voces, & litteræ positione significēt, hoc ipsum evidētius deprehēditur in litteris quā in vocibus cū singulis diebus cernamus ingētē in litteris mutationē, & varietatē. Nā ut cætera scribēdi genera taceā, certæ notæ varie & furtina scripta quæ Hispani cifras vocamus, vix possunt numero cōprehēdi. Huius etiā rei illud est argumentū quod apud veteres philosophos, nunq; in dubiū vocatū est, utrū litteræ natura, an positione significarēt, fatetur enim oēs libetere pedere illas ex hominū arbitrio. anceps verò cōtrouersia fuit, utrū voces significarēt natura, neque defuerūt qui dicerent voces non positione, sed natura significare ut est apud Gelium. cap. vij. lib. x. nocturnum.

Sed quæret fortasse quispiā quid causa est cur cū Arist. litterarū nullā mētionē fecerit reliqs capitibus totius libri huius de interpretatiōe, in p̄sentia earū meminerit. huius rei fortasse ea causa est, ut oīa illa recēseret, quæ positione significāt, de quibus cœperat disputare. aut quæ admodū inqt Magētinus, ut innueret philosophus notā, & verba, de quibus in hoc libro agim⁹, rerū esse, cōcipi posse, scribi etiā, atq; p̄ferri.

C iij Sed

Res & cōceptum naturā significant.

Voces & litteræ significant positione.

Signa Argumentum quod voces et scriptura positione significant. Inges litteris varietas.

Gelius. Cur litterarū mentionem faciat.

1
2
Magētinus.

Cur prin- Sed quam obrem cum res priores natura sint quam conceptiones, cipem lo- & voces Arist. principem locū vocibus concesserit, & easdem prius cum con- retulerit ad animi cogitationes quam ad res ipsas? forsam vocū primo cesit vo- loco meminit quoniam ad disputationem maxime pertinent, quæ vo- cibibus. cibus potissimum cōstat. Rursum cum vocum duplex sit munus, atq; officium, vnum explicare cogitationes animorum. aliud significare

Vocū du- res, prius nos admonuit. voces seruire exprimendis cōceptionibus ani- plex mu- morum, quam significandis rebus, quoniam istud est potius munus, nus atq; atque officium vocum, quam aliud. cum eius rei gratia voces nobis officium. natura concesserit, vt mentem interpretemur nō vt eisdem res ipsas significemus.

Illud tamen obseruandum est diligēter quod Arist. non inquit vo- ces esse notas, aut signa conceptionum animi, neque litteras vocum, Ea q̄ sunt in voce. sed quæ sunt in voce & ea quæ scribuntur, ratio est quoniam simpli- Ea q̄ scri- citer voces ipse non pertinent ad interpretandum mentem seu ani- buntur. mi sensa. Sed nomina, atque verba, quæ existunt in voce, ex hominū institutione. Deinde quoniā littera est fusio characteris, & elemen- tum ipsum non dixit litteras, esse notas vocum, sed quæ scribuntur. hoc est ipsam scripturam esse notam orationis vocalis.

His ita explanatis cōstat sententia Arist. ea est nomina, & ver- ba interpretatur, atque explicat sensa animi. Scripta verò orationē, Explana- quemadmodum scripta positione significant, quia non valent idem tio senten- apud omnes, sic etiā voces. Passiones verò animi, seu animi sensa na- tia Ari- turā significant. Sunt enim eadem apud omnes, quarum primum no- stotelis. ta sunt, nomina ipsa, atque verba. res etiam naturā significant, non positione. Sunt enim eadē apud omnes, & sunt illa simulachra, aut similitudines conceptionum animi.

Ex his planē colligitur quod cum nomina, & verba, sensa animi Quid ma- explicent, & res significant potissimū verò sint eo destinata, vt men- xime vo- tem interpretentur, deinde vt res significant, quas nominant, voces ces signi- primum vocari notas sensorum animi non rerum. huc enim vt dixi ficent. maxime spectant.

Secundo hinc constat inanes esse illas quaestiones quas tractant sophista

sophista, vtum voces significant concepta animorum, & si conce- Quæ qua- ptus significant vtum illos significant natura an positione. Postre- stides hoc mo vtum prius significant cōceptus quam res, nam (vt ostendimus) loco sint voces non significant conceptus, sed interpretantur, atque explicant superua- cogitationes animorum, significant autem res. cane a.

Tertio passiones animi appellat hoc loco Arist. sensa animorum, aut mentem, conceptus vulgo vocamus. quoniam vt idem scribit lib. iij. & iij. de anima. anima ipsa cognoscendo quodāmodo patitur. Sed Passiones de ea re dictum est a nobis prius. Has verò cogitationes animi, Diuus animi. Thomas. Verba mētis vocat, quoniam anima ipsa cum intelligit, & Verba cognoſcit quodammodo loquitur, quare ipsa cogitatio verbum hac ra- mētis. tione appellatur, sed mentis, vt distinguatur à vocali verbo. Istud ve- Vtrū ver- rō verbum mentis ego sanē crediderim, nullo pacto differre ab actu bum men- intelligendi, seu cognitione ipsa, sed prorsus idem esse arbitror. nam tis diffe- quæ à quibusdam hoc loco ingenti quadam subtilitate disputantur, de rat ab a- verbo mentis mihi nulla ratione probari possunt. ctu intel- ligendi.

Est autem quemadmodum in anima aliquando quidem intel- lectus sine vero vel falso, aliquando autem cui iam necesse est ho- rum alterum in esse. Sic etiam in voce, circa cōpositionem enim, & diuisionem est verum vel falsum.

Quoniam verum, & falsum inquirimus necessarium est prius di- Cur de ve- cere in quo sit verum, & falsum, vt cognito loco verum, atque fal- rō & fal- sum facilius cognoscamus. atque ideo in praesentia veri & falsi men- so disse- tionem facit, quod in enuntiatione ipsa existere ait Arist. quæ com- rat. positio, aut diuisio, vocatur, non autem in nomine, aut verbo, quæ vo- In quo sit ces simplices sunt, atque etiam partes enuntiationis. verū & falsum.

Proponit ergo Arist. duo genera vocū, quaedam enim voces sunt Duo vo- in quibus, neque verum est, neque falsum aliæ sunt in quibus existit cum gene- verum, aut falsum. hoc probat argumento à simili. Voces enim con- ra. ceptionibus similes sunt, seruiūt enim illis explicandis, quoniā oratio Argumē- est interpres animi, sed cōceptus quidam est sine vero, aut falso. Hu- to à simi- iusmodi est simplex conceptus verbi gratia conceptio hominis, aut li hoc col- equi, aut similitum. alius verò est conceptus in quo verum, aut falsum ligit.

D existit

Commentarius in librum

existit. ergo eodem modo cōtingit in voce. erunt ergo quaedam voces sine vero vel falso, aliæ cum vero, aut falso simplices voces, neque vere, neque falsæ sunt. in cōiunctis verò est verū aut falsum. hoc probat quoniam verū, aut falsum est in compositione, aut diuisione, Nam si recte cōponas verum inest in compositione vt cum dicimus, homo est animal, si prauè componas falsum inest. vt si album componas cum æthyope, & dicas. æthyops est albus.

Rursum si diuidas vt natura postulat in diuisione verum erit, vt si album ab æthyope diuidas, si contra naturam diuidas, falsum erit in diuisione vt si album diuidas à cigno, & dicas cignus non est albus. Quare in compositione, atque diuisione, est verum, & falsum vt ait Arist. non in simplicibus vocibus.

Cōpositio. Compositionem verò vocat hoc loco affirmationē nam in eadem **Diuisio.** vnum cum altero componimus. Diuisionem autem negationem. nā cū negamus vnū separamus ab altero, hoc idē Arist. insinuat in diuisione predicamētōrū cū ait. Videtur autē omnis affirmatio, aut negatio vera esse vel falsa, eorū autē, quæ secundū nullā cōplexionē dicuntur, nullum, neq; verū, neq; falsum est vt homo, albū, currit, vincit.

Nomina igitur ipsa, & verba cōsimilia sunt sine compositione aut diuisione intellectu vt homo vel album quando non additur aliquid. neque enim adhuc verum aut falsum est. Signum autem huius est, etenim hirco ceruus significat quidem aliquid. Sed quod nondum est verum, aut falsum si non addatur esse vel nō esse simpliciter vel secundum tempus.

Docuit paulo superius Arist. vocum quasdam esse veras vel falsas, quasdam autem neque veras, neque falsas esse. monstrat iam exemplo, quænam sint huiusmodi voces. nomen ergo, atque verbum, neque verum, neque falsum significant, quia nomen, & verbum est, hoc constat quoniam homo vel album, neque verum dicunt, neque falsum si per se sumantur, vt plane constat.

Exemplo **monstrat.** **Pro verbo** **cur vitæ** **Arist. hoc** **vocabu-** **lo albū.** Vtitur præsentī loco Arist. pro nomine, voce ista. homo, pro verbo autē isto vocabulo album, nō quod illud reuera verbum sit. Sed quoniam habet peculiare quoddam verbi, nam vt verbum de nomine dicitur

perihermænas Aristotelis.

citatur vt disputat, de homine. nomen verò nō predicatur de verbo. est enim verbum semper nota eorū quæ de altero predicatur, vt eorū quæ in subiecto sunt, vel de subiecto dicuntur. cap. de verbo. ita quoq; albū de substantia predicatur vt homo est albū. substantia verò de albo non dicitur. quare nihil mirū est si Arist. vsus sit, albo, loco verbi. eadem quoq; rem demonstrat Arist. argumētō sumpto à maiori hoc pacto. Si quod nomē per se verū, aut falsum significaret, maxime nomē cōpositum. Sed id nō significat verū aut falsum ergo nullū. discursus est legitimus, & maior aperta. minor probatur. nam hirco ceruus cōpositū nomē est, ex hirco & ceruo. atqui nō significat verū, neq; falsum. nā qui hirco ceruū dicit, neque verū, neq; falsum dicit, nisi addatur esse, aut nō esse, vt hirco ceruus est. hirco ceruus nō est. Simpliciter vel secundum tēpus. Nam tunc tēporis verū vel falsum significabit. sed iam compositio, aut diuisio est non nomen tantum aut verbum.

Sed obijciat quispiam in verbo esse verū vel falsum, nam cū dico. curro, aut disputo. Verum aut falsum dico. at curro, & disputo verba sunt. sed dicendum quod curro, & disputo sunt verba. sed cōpositionē significat, aut diuisionē. quoniam verbum est. potestate ibi existit, & nomen, atque verbum iuncta sunt cum dicimus curro disputo.

Si quæras quid significet Arist. cum ait, simpliciter vel secundū tēpus, is locus duobus sane modis enarrari potest. Primum quidem esse vel nō esse simpliciter, hoc est nulla adiectione tēporis. Secundum tempus, adiecta, aliqua tēporis præfinitione. vt est hodie, fuit heri, erit anno proximo. aut simpliciter esse. l. nō esse significat presens tēpus. hoc enim philosophus in sermone de verbo tēpus simpliciter vocat. futurū, & præteritū secundum tēpus, quia hæc tēpus presens circumstāt. & hæc interpretatio mihi magis probatur. Sed quia Arist. inquit verū, & falsum esse in cōpositione, & diuisione animaduertendū est. quod verū, & falsum existit in rebus, in vocibus, seu enūciatione vocali, & in aīo, hoc est, intellectu. res enim vera dicitur. l. falsa. Itē etiā enūciatio, & postremo cōceptus ipse in aīo potissimū existit verū. & falsum. hoc significat Arist. cū inquit. Quod quædamodū est intellectus sine verò & falso, aliquādo cum vero, & falso, sic contingit in voce.

Argumētō sumpto à maiori re probat.

Simpliciter vel secundū tēpus. Obiectio. Soluitur.

Quid sit simpliciter vel secundū tēpus.

Quo pacto in compositione & diuisione verū vel falsum insit.

Dij Ratio.

Commentarius in librum

Ratio est quoniam verum in compositione, & diuisione potissimum existit. hanc autem mens facit. qua re in mente maxime existit verum, & falsum. Deinde in enuntiatione. quæ vera est aut falsa, ab eo quod res est vel nõ est. Postremo in ipsis rebus, quæ vera, aut falsa dicuntur quoniam efficiunt, vt sit enuntiatio vera, aut falsa. Postremo hirco ceruus cuius mentionem facit hoc loco Arist. autore Plinio, lib. viij. animal est. quod circa phasidem amnem scandi nauis in insula nascitur prominentem barbam habet more hircorum cum in reliquis præter villos armi non sit ceruo ab similis.

¶ Argumentum capitis de nomine.

Pollicitus fuerat Aristoteles initio proximi capitis, inter cetera, dicturum esse se quid nomen sit. iam resoluit fidem. nam nominis naturam explanat adducta in mediũ eius definitione, quam veram esse demonstrat à dissimilitudine verbi, atque orationis. Sed quoniam enuntiatio nõ solũ ex nomine finito, & recto, sed etiã ex infinito, atque obliquo efficitur. deffinit nomen infinitũ, & casus nominũ.

¶ Caput de nomine.

Nomen igitur est vox significatiua, secundũ placitum sine tempore, cuius nulla pars est significatiua separata.

Nominis descriptio.

Hæc quidem nominis descriptio est, nõ deffinitio, quod eisdem rationibus conuincitur, quibus vsi sumus in commentarijs nostris in quinque voces Porphyrij, vt demonstrarem quinque illas voces nõ explicari definitione a Porphyrio. sed solum describi. quam obrem superuacaneum est præsentis loco de hac re easdem inculcare rationes.

Vox non est gen^o. Vox à sono qua ratione differat.

In hac igitur nominis descriptione, atque etiã in descriptione verbi, & orationis, vox collocatur, nõ quidem vt genus, sed potius vt materia. nomina enim, & verba tamquã in materia in voce sunt, atque ex eadẽ efficiuntur vox verò à sono differt. Sonus enim voce amplior est atque communior. nam sonus cum efficiatur ex collisione duorum

perihermænas Aristotelis.

II

rum corporum durorum referente Arist. lib. ij. de anima tam animatis, quam inanimatis rebus inesse potest. vox verò solum efficitur, atque ortum habet, ab his quæ anima prædita sunt. quam obrem aeris collisi sonus quidam est. Vox autem minime, nisi poetico more, ab inanimis ad animata translationem faciamus, quod faciunt sæpenumero poætæ, atque interdum non sine gratia, & venustate.

Emititur vox cum aer ex pulmone trahitur, atque is ipse thorace, aut pectore comprimitur, & in asperam arteriam incurrit, & sonũ ibidem edit, lingua deinde, labia, atque dentes, quæ sunt ad vocem formadã instrumenta cõcessa à natura vocem distinguunt, atque illam articulatam reddunt & sermonem efficiunt. Nam lingua, palato, & labijs litteras, & syllabas debemus, pulmone verò aerem ex quo vox efficitur. Ipsa verò aspera arteria in causa est cur vox aut acuta, aut grauis existat, ex ea siquidem vocum differentia gignuntur. ergo non temere Aristoteli in descriptione nominis vocem collocavit, atque etiam in verbi, & orationis finitione.

Adiecit deinde significatiua, vt eo vocabulo à ratione nominis excluderet eas voces, quæ nihil prorsus significant. illa enim voces nomina non sunt, vt blicteri. Scindapsus. huius rei ea ratio est quoniam vocibus pro rebus vtimur, & voces homini concessæ sunt, vt enuntiemus quæ in à nimio existunt. quod non efficiamus vocibus illis quæ nihil prorsus significant.

Tertio adiectum est ad placitum, hoc est positio, aut collocatio, ne, siue ex institutione hominum. Omnia enim nomina ex hominũ positio rem significant hac eadem parte definitionis, nomina, & verba differunt à vocibus brutorum. nam licet huiusmodi voces significant, canis enim verbi gratia vbi ad latrat ignoto eius videtur aduentum significare nullo modo ex hominum institutione, quod vocat ad placitum, sed natura potius significant atque ideo nomina non sunt.

Differunt autem hæ voces à nomine triplici ratione primo quidem quoniam nomina, vt monstratum est positio significant. Voces autem brutorum naturã. deinde nomina, & verba enuntiant animi concepta. Voces tamen brutorum duntaxat affectionem quandam ex-

Voces brutorũ à nomine quò differat.

1

2

D ij pri

Articula primunt. Postremo nomen, & verbum litterata voces sunt, quas arte voces dicuntur. Positum passim vocant, quod ut humanum corpus quibusdam articulis, aut membris constat ita quoque ipsa nomina, atque verba litterata esse facta sint. at voces brutorum licet affectus exprimant, nempe iucundum, atque triste, illiterata sunt. nullo enim pacto scribi possunt nisi metaphorice. Poeta enim interdum nomina, & verba excogitant, quibus huiusmodi voces brutorum explant, quod in alijs quoque sonorum differentijs explicandis efficiunt. quare non temere definitioni nominis, ea vox adiecta est, ut dicatur ad placitum significare.

Sine tempore. Dicitur est etiam sine tempore, quo vocabulo. nomen a verbo differt. conueniunt enim prioribus partibus definitionis. nam nomen, & verbum, ut ostendi, voces sunt. & significat quidem, atque utraque ad placitum, seu ex hominum institutione, verum nomen sine tempore significat, verbum vero cum tempore.

Quid sit cum tempore significare. Quid sit cum tempore significare, aliud esse significare tempus, aliud significare cum tempore. Significant tempus, quae praeter ipsum tempus, nihil amplius significant. Cum tempore vero significant illa voces, quae actionem, aut passionem declarant, & tempus, in quo illa fit. nomen ergo nihil prohibet significare tempus. nam dies, mensis, annus nomina sunt, & tempus (ut apparet) significant, & praeter tempus nihil amplius, cum tempore vero minime significant nomina, quoniam nihil prorsus significant simul, cum aliqua temporis differentia at verbum, ut curro, cum tempore significat quoniam actionem declarat, quae tempore presenti fit. currebat actionem exactam. curret actionem quae fiet. differt ergo ista voce nomen a verbo.

Nomina tempus si significat. Nomina tempus si significat, & praeter tempus nihil amplius, cum tempore vero minime significant nomina, quoniam nihil prorsus significant simul, cum aliqua temporis differentia at verbum, ut curro, cum tempore significat quoniam actionem declarat, quae tempore presenti fit. currebat actionem exactam. curret actionem quae fiet. differt ergo ista voce nomen a verbo.

Nulla pars significat separata. Postremo adiectum est definitioni, cuius nulla pars significatiua est separata ad differentiam orationis, atque enuntiationis. nam oratio nis, & enuntiationis pars aliqua separata, atque abiuncta ab oratione, aut enuntiatione potest quidem significare, ut curro, quod est pars huius enuntiationis, ego curro. nulla vero pars nominis abiuncta ab ipso nomine significat, ut est pars nominis. nam in nomine armis potens, potens, si accipitur ut est eius nominis pars nihil prorsus significat verum ut pars est huius orationis armis potens non dubium est, quin significet

significet aliquid, quod plano intelligi potest ex his, quae a nobis dicta sunt in commentario eius loci, in quo Aristoteles de complexis, atque incomplexis differit in categorijs. partes enim nominis compositi, quae ratione partes nominis sunt a syllabis nihil differunt, quare quod pertinet ad significationem de illis iudicium ferendum est, perinde, atque de syllabis. at orationis partes etiam, ut sunt partes orationis aliquid quidem significant.

Illud tamen interest inter partes simplicis nominis, & compositi, quod partes simplicis nominis, neque significant quidpiam separatae, neque significare quidpiam videntur. partes vero nominis compositi, tametsi nihil prorsus significant, aliquid quidem videntur significare. atque id propter dictionem, non autem rei quae significatur causa, earum vocum quas Aristoteles collocat in definitione nominis quasdam explanat, eas inquam, quae necessariae explicatu erant, & non difficile poterant intelligi. praetermittit autem illas voces quae difficiliore habent explicatus. huiusmodi est, quod nomen sit vox. nam peculiaris disputatio de voce ad philosophiam pertinet, & difficile explanari potest. explanat autem tres illas voces, quod inquam nomen vox sit, & quod eius nulla pars separata significet & quod ad placitum. secundam partem his verbis.

In nomine enim quod est equiferus, ferus per se nihil significat, quemadmodum in oratione, quae est equus ferus.

Et sumit Aristoteles argumentum a maiori. Si enim partes nominis compositi, quae maxime videntur separatae ab ipso nomine aliquid significare nihil prorsus significant. multo minus significabunt partes simplicis nominis abiunctae ab ipso nomine. assignat tamen discrimen philosophus inter partes compositi nominis, atque simplicis, quod partes simplicis nominis, neque quidpiam significant abiunctae ab ipso nomine, neque quidpiam videntur significare. partes vero compositi nominis tametsi nihil significant, videntur tamen separatae ab ipso nomine aliquid significare. adhibet exemplum, equiferus, cuius illa pars ferus videtur aliquid significare, ut pars est compositi nominis nihil tamen significat. hoc Aristoteles ita refert.

Commentarius in librum

At verò non quemadmodum in simplicibus nominibus, sic se habet etiam in compositis, in illis enim nullo modo pars significativa est. in his autem vult quidē sed nihil significat separata, ut in in eo quod est equiferus, fetus.

Subiungit deinde Aristo.

Secundum placitum verò, quoniam naturaliter nomē nullum est sed quando fit nota.

Quibus verbis duo innuit vnum est quod nomina significant. alterum verò, quod significant secundum placitum, hoc est ex institutione hominum, & nullo pacto secundum naturam. Priorem partem significat cum inquit, sed quādo fit nota, est enim nomen quando est nota, hoc est quando rem quāpiam significat. nam quæ vox nota non est, id est nihil significat, ea quidem nomen esse non potest ut scindapsus, ratio huius est. quoniam nomen oportet subiectum esse in enuntiatione, atqui nomen expers significatus non potest esse subiectum, cum nihil illi subiectum sit ergo neque nomen esse potest. nam cum scindapsus subiectum est in hac enuntiatione. Scindapsus est vox, tunc quidem nota est aut signum. alteram partem definitionis illis verbis innuit. Secundum placitum verò, quoniam naturaliter nullum nomē est.

Itaque omne nomen oportet significare ad placitum, hoc est ex institutione hominum vel consensu, ratio est quoniam natura nullum nomen est. hoc ipsum demonstrat Aristo. cum ait.

Nam designant, & illiterati soni, ut ferarum, quorum nullus est nomen.

Voces inquit, quæ litteris non constat, ut mugitus boum, & hynitus equorum, latratus canum proculdubio rem quāpiam significant, ut dictum est à nobis alio loco, at qui nomina non sunt, vnam tantum ob causam quod natura significant, non autem ex hominum consensu, aut institutione. quare oportet ut nomen ad placitum significet, quod in eius definitione dictum est.

Non homo verò non est nomen, at verò neque positum est nomen, quo illud oporteat appellare, nam neque oratio, neque negatio est, sed fit nomen infinitum quoniam similiter in quolibet est, & quod est, & quod non est.

Nomē est quādo est nota.

Ad placitum significat omne nomē.

perihermanias Aristotelis.

13

Nominis infiniti mentionem facit, quoniam eo plurimum vti debuit in constitutione oppositionis, docet autem illud nomen simpliciter appellari non debere, tamen si vniuersa nominis finitio, quæ est à nobis explicata paulo superius illi accommodetur. est enim vox significans ex institutione, sine tempore, cuius nulla pars separatim significat. est etiam subiectum enuntiationis, quod est nominum peculiare cum dicimus nō homo currit. nomen tamen simpliciter nō est, quoniam rem nullam definitam significat, quod est nominis maxime peculiare.

Respondet tamen Aristo. obiectioni posset rogare quispiam si nomen non est, quo pacto illud appellare debeamus ille ait. nullum nomen huic vocabulo positum esse ab antiquis philosophis. nam nec oratio est, cum non efficiatur pluribus vocibus, quarum singule separatæ quidpiam significant. neque negatio est, hoc est enuntiatione negatiua cum non efficiatur, nomine, atque verbo, quod est enuntiationis proprium, sed vocetur inquit Aristo. nomen infinitum. constat enim nomine, & negatione, rationem huius rei reddit Aristo. quoniam in quolibet est, & quod est, & quod nō est. non homo enim verbi gratia, tam significat ea quæ existunt, quam quæ nusquam sunt. nam equus non homo dicitur, atque etiam hypocentaurus.

Catonis autem, vel catoni, & quæcunque talia sunt non sunt nomina, sed casus nominum.

Sicut ex nomine infinito interdum fit oratio, ita quoque ex casibus nominum constat aliquando. quam obrem operæpretium fuit casus nominum explicare. Stoici philosophi, quorum sententiam grammatici sequuntur casus nominum inter nomina retulerunt, existimantes veram nominum subire rationem illo argumento quoniam si quid obstaret cur non essent nomina, illud esset maxime quod ab alio caderent, atqui hoc nihil impedit, nam alioqui nomina recta non essent nomina nam ab alio cadunt, tamen si recte cadant. dicuntur enim nominandi casus. hæc autem reuera nomina sunt ergo & reliqui nominum casus nomina quidem sunt. accedit ad hoc, quod casus nominum significatione conueniunt, cum recto, & eisdem assignata inest nominis

Cur meminert nominis infiniti.

Nomini huic non est nomē positum. Non est oratio. Neque negatio.

De casibus nominum. Vtrum casus nominum sint nomina. Prima ratio.

Secunda.

E minis

minis definitio postremo casus nominum iuncti plerisque verbis per Aristotelem orationem efficiunt. Verum Aristoteles sententiam stoicorum hoc loco reprehendit, cum inquit casus nominum non esse nomina. rationes enim stoicorum, quæ sunt à nobis explicatæ paulo superius solum conuincunt non procul abesse nominum casus à natura nominum, quod nos libenter fatemur. atqui reuera nomina non sunt. Cuius rei rationem reddit Aristoteles his verbis.

Ratio autem eius in aliis quidem eadem est, sed differt. quoniam cum est vel fuit, vel erat adiunctum, neque verum, neque falsum est, nomen verò semper, ut Catonis est vel non est. nondum enim aliquid verum dicit, aut falsum.

Ratio ergo quam adducit Aristoteles. cur casus nominum nomina non sint, ea est quia nomen adiunctum verbo. est, fuit vel erit significat verum vel falsum, ut homo currit, vincit, at verò si casus iungatur verbo. est aut fuit, aut erit, neque verum, neque falsum fit. nam qui dicit Catonis est, vel fuit, vel erit, neque verum dicit neque falsum: nisi quidpiam addatur. ut Catonis est liber. aut sententia. casus ergo nominum non sunt nomina, sed casus tantum nominum. dixit Aristoteles. est fuit vel erit. quoniam dubium non est, casus nominum iunctos alijs verbis verum aut falsum significare. ut cum dico penitet me. sed hoc non satis est, ut nomina sint.

Casus nominum cum nomine quæ ratione conueniat. Ne tamen omnino differre quis putet casus nominum à nomine paucis admonet Aristoteles. quid habeant casus nominum commune cum nomine dicens, cetera omnia habere communia cum nomine. ut ex nominis finitione aperte colligitur. nam casus, vox est ex institutione significans sine tempore cuius nulla pars quidpiam significat separata. illud tamen diuersum habet quod dictum est. quare nominis finitionem hoc modo conficiemus ex Aristotele. sententia si velimus.

Absoluta nominis definitio. nomen est vox significans ad placitum sine tempore definitum aliquid & cum est aut non est facit enuntiationem cuius nihil significat separatim.

Argu-

Argumentum capitis de verbo.

Præsenti capite verbum explanat Aristoteles. quoniam ad enuntiationem pertinet. quoniam verò enuntiation tam ex verbo finito fit quam ex infinito, tam ex verbo quam ex casu verbi, verbum infinitum & casus verbi etiam explanat.

Caput de verbo.

Verbum autem est quod cõsignificat tempus, cuius nulla pars significat ad extra & est semper eorum quæ de altero prædicantur nota.

Explanato nomine verbum cõsequitur, quod in enuntiatione posterius nomine est cum nomina iungat aut vicem habeat prædicati. In verbi definitione voces quasdam non expressit Aristoteles. quibus conuenit nomen cum verbo: nempe illas, vox significans ad placitum. ratio est quoniam illæ facile intelligi possunt: & sunt in sermone de nomine explicatæ. illam autem vocem, cuius nulla pars significat extra hoc est separata à verbo, verbi finitioni adiicit, tamen si in nominis finitione collocata esset ut eadem verbum ab oratione distingueret. quod maximam habet affinitatem cum oratione.

Explanat autem Aristoteles. casus voces quæ collocantur in verbi definitione: primum tamen omnium docet verbum cõsignificare tempus inductione, aut exemplo, cum inquit.

Dico verò quoniam cõsignificat tempus, ut cursus quidem nomen est currit autem verbum, cõsignificat enim nunc esse.

In sermone de nomine diximus quid sit cõsignificare tempus. & rursum significare tempus qua ratione differat ab eo quod est cõsignificare tempus. ista ergo parte definitionis nomen à verbo differt. nam nomen non significat cum tempore ut cursus, sed rem tantum significat. verbum autem cõsignificat tempus: ut currit. nam significat actionem præsentis tempore fieri, ut plane constat. verbum enim præter actionem vel passionem significat aliquam temporis differentiam in qua actio aut passio efficitur. quoniam verò hæc verba adiectiuæ, Verba adiectiuæ.

E ù potissi

Cur verbum statim post nomen.

Quam ob rem prætermisere quasdam voces.

Quam vocem primum explanet.

Cõsignificat tempus.

Verba adiectiuæ.

potissimum actionem vel passionem significant, consequitur deinde aliqua differentia temporis verbum, inquit Arist. cōsignificare tempus aut significare cum tempore. explicat deinde illam partem definitionis & est semper eorum quæ de altero dicuntur nota. quem locū,

Et est semper nota. multi ex nōtoreis enarratoribus Aristotelis perperam sunt interpretati. aiunt enim Aristotelem his verbis dicere, ipsum verbum perpetuo vinculū esse prædicati & subiecti, siue id actione eueniat, siue potestate. Sed hoc ex Aristotelis verbis nullo modo colligi potest. Si-

Refellit. quidem verbum notam esse, non est verbū esse vinculum, sed potius

Verbū notam esse. ipsum verbū signū esse, aut significare. His ergo verbis innuit Arist.

quid verbum significet præsertim adiectiuum: atque ait verbum semper significare ea quæ de alijs dicuntur. nam verbum huiusmodi aut

actionem significat, aut passionem, actio verò & passio accidentia sunt, at accidentia prædicantur de substantia, non cōtra ergo verbum

significat ea quæ de alio prædicantur, atque ex consequenti in propositione verbum quæ verbum est, prædicatū esse potest, subiectum mi-

Verbū ut notam esse. nime ut cū dicimus Socrates philosophatur, Plato audit. Arist. scri-

bit. dixi, ut verbum est hoc est copulat & iungit extrema: nam quæ ratione notam esse nihil verat subiectum esse. quoniam verò verbum

est subiectum. dixit significare quæ de alio dicuntur, quo pacto id contingat docet

Arist. cum ait ut eorum quæ in subiecto sunt vel de subiecto dicuntur. Saepenumero enim verbum accidens aliquod significat, & in sub-

Quando sit verbū subiectū. iecto est. hoc accidit. quando subiectum substantia est. ut cum ita lo-

quimur. homo currit. nam verbū currit in subiecto est. quoniam omne

accidens est in subiecto. interdum verò significat aliquid quod de sub-

iecto prædicatur. hoc est nomine & ratione dicitur. ut ago. nam sub-

se multa habet de quibus prædicetur nomine & ratione. Verbum autem significare & actionem significare vel passionem, Arist. cepit

Plato in sophista. à Platone ex dialogo qui sophista inscribitur. Ita enim ait Plato. est enim duplex genus earum declarationum quæ circa substantiam voce fiunt. the. quo pacto? ho. alterum nomina vocatum, alterum verba. the. dic utrunque. ho. declarationem qua gestiones significantur, verbum vocamus. signum autem ipsis impositum, quæ suscipiunt gestiones

gestiones illas. nomen. hæc Plato. qui actiones vel passiones, gestiones vocat: & verbum inquit gestiones significare. & signum appellat. ut Arist. notam.

Non currit verò & non laborat verbum non dico con significat etenim tempus & semper de aliquo est. differentia autem huic nomen non est positum, sed sit infinitum verbum. quoniam similiter in quolibet est & quod est, & quod non est.

Quam obrem Arist. verbi infiniti mentionem faciat dictum est à nobis cum de nomine disputarem. Vocat autem infinitum verbū illud quod negatione constat, & verbo finito. ut non currit. non laborat. ista verò negatio non additur temporis differentia. sed actioni aut passioni quam significat verbum.

Inquit ergo Arist. huic differentia verborum, non currit. non laborat, ab antiquis philosophis nō fuisse positum aliquod nomen. nam neque oratio est: cū vni tantum voci respondeat. & plura diuersa

nullo modo significet. neque negatio est. siquidem oratio nō est. quæ est enuntiationis genus: quæ in affirmationem & negationem diuiditur, neque verbum esse potest, quoniam omne verbum significat defini-

nitam aliquam actionem vel passionem. ut inductione consistere poterit. at hæc & similia, nihil definitum significant, si quidem nō currit & nō laborat tam significat quod est. quam quod nō est. nam quod

est & sedet, nō currit. & quod nusquam est, non currit. atque ob eam rem, inquit Arist. appelleretur verbum infinitum. sicut nomen infinitum vocatum est. Quamquam autem ratione iam à nobis reddita

verbum infinitum, nō sit verbum, multa habet communia cum verbo, præsertim verò quod tempus con significat. ut non currit præsens.

non currebat, præteritum. deinde est nota eorum quæ de altero dicuntur, hoc enim est quod ait. & semper de aliquo est. nam non currit, licet neget actionem verbi, curro. cetera asserit.

Ratio autem loquēdi, qua in præsentia Arist. vritur cum inquit, sed sit infinitum verbum per se satis est ad ostendendum inuēto rem fuisse eum huius vocabuli. quo nomine reprehendi nō debet, sed laudari potius, quod disciplinam locupletarit, nouis excogitatis vocibus.

E iij ut enim

Gestio.

Cur Aristoteles verbi infiniti meminert.

Verbo infinito non men pos.

Tā est in eo quod est q̄ in eo quod non est.

Verbū infinitum q̄ nā cū verbo cōmuniā habet.

Sed sit infinitū verbum.

Laude di- *ut enim Cicero. lib. iij. de finibus. inquit in omni arte cuius usus vul-*
 gnus est *garis, communisque non sit multam nouitatem nominū esse oportet,*
 qui disci- *pariandaque. sunt, atque imponēda nouis vocibus nomina: quod qui*
 plinā lo- *dem nemo mediocriter doctus mirabitur, cum earum rerum vocabu-*
 cupletat. *la constitui debeant, quæ in vnaquaque arte versantur.*
 Cicero.

Similiter autem currit & currebat verbum non est sed casus ver-
 bi. differt autem à verbo, quod hoc quidem con significat præsens
 tempus, illa verò quæ circa sunt.

Casus ver- *Asignat Arist. discrimen inter verba, verborumque casus quos*
 bi. *non omnino verba putat, quemadmodum neque casus nominum no-*
mina. inquit ergo casus verborū simpliciter atque omnino verba non
esse huius rei illam rationem reddit, quoniam verbum con significat
præsens tempus: ut curro, disputo: casus autem verbi tempus con signi-
ficat, nō tamen præsens, sed aliqua aliam temporis differentia, præte-
ritum inquam tempus aut futurum. quam obrem hæc, casus verbi po-

Trifariā *tius quam verba vocari debent, aut obliqua verba. Trifariam autem*
 fit obli- *verbum obliquum fit, aut causa temporis non modi ut cucurrit, cur-*
 quū ver- *ret, denique omnia tempora indicatiui modi excepto præsentis, aut*
 bum. *causa modi, non temporis. huiusmodi sunt præsentia tempora cætero-*
 1 *rum modorum. aut causa vtriusque, modi inquam & temporis ut*
 2 *tempora alia à præsentis reliquorum modorum ab indicatiuo. omnium*
 3 *autem postrema ista genera maxime obliqua sunt. nam & à præsen-*
ti tempore excidunt & enuntiationem iuncta nominibus facere nō
possunt. quod non inest vlli aliarum differentiarum. nam exactum
& futurum indicatiui modi ob eam tantum causam verba nō sunt.
quod ab instanti aut præsentis tempore excidunt.

Tribus mo- *Ex his constat aperte apud Arist. tribus modis verbum usurpari.*
 dis verbū *in primis verbum ille vocat. attributum aut prædicatum enuntiatio-*
 usurpat *nis qua significatione album inter verba refert Arist. quod nos ex-*
 ab Arist. *plicuimus cum prohæmium explanaremus huius libri. verbum etiam*
 1 *appellat illud quod con significat tempus cuius nulla pars significat*
 2 *extra & est semper eorum quæ de altero prædicantur nota. siue id*
 3 *finitum sit siue infinitum siue rectum siue obliquum. postremo ver-*
 bum

bum vocat: quod con significat tempus, non quod nō tamen sed præ-
 sens & rectum verbum est. qua significatione verbum accipit quan-
 do excludit à verbi ratione casus verborum atque etiam verba infi-
 nita. atque ut ego arbitror ea potissimum causa est cur Arist. non
 statim absoluerit nominis & verbi finitionē, ut inquam inuenerit ver-
 bum atque nomē non vnum dumtaxat habere intellectum, sed mul-
 tos potius. nam quod est à nobis monstratum in verbo nomini etiam
 optime accommodari potest. nam illud quidem perinde atque verbū
 triplicem habet intelligentiam.

Cur non
 statim ab-
 soluerit
 Arist. fi-
 nitionem
 verbi.

Ipsa autem secundum se dicta verba nomina sunt & signifi-
 cant aliquid. constituit enim qui dicit intellectum & qui audit
 quiescit, sed est vel nō est, nondum significat. neque enim signum
 est rei, esse vel non esse.

Exhibuit hæc tenus Arist. verbi descriptionem nunc paucis docet
 quo pacto verba se habeant ad verum & falsum significandū. admo-
 nit enim in prohæmio nomina & verba similia esse illis animi conce-
 prionibus in quibus neque verū neque falsum inest. quod cū verum
 esse ostenderit de nomine differens proximo capite, idem quoque do-
 cet inesse verbo, cum inquit ipsa autem secundum se dicta &c.

Ad verū
 & falsū
 qua ratio-
 ne se ha-
 beant no-
 mina &
 verba.

Verba igitur si per se sumantur, hoc est sola & non reperiantur
 nominibus coniuncta, sed seorsum accipiantur, non solum verum aut
 falsum non significant cum orationes non sint, sed neque omnino
 verba censi debent, sed nomina potius. probat hoc Arist. dupli-
 ci argumento, vno quidem sumpto ex vi nominis, quod ita colligitur:
 nominis proprium est rem quampiam sine tempore significare, ver-
 bum per se sumptum, hoc est vbi nō coheret cum nomine rem quam-
 piam sine tempore significat: ut currit, vincit. significat enim a etio-
 nem vel passionem ergo nomē potius quam verbum est. hoc est enim
 quod ait Arist. significant aliquid.

Deinde, duo nomen præstat, primum quidem is qui dicit constituit
 intellectum. hoc est qui loquitur imprimis animo intelligentiam & ratio.
 nomine audito quiescit qui audit, neque quidpiam requirit amplius.
 hoc exemplo constat, nam si quispiam roget, quis illa est alius verò

Secunda

respondeat imperator verbi gratia qui nomen protulit, intelligētiā imprimi & quiescit qui audit. Sed utrunque inest verbis cum per se sumuntur. hoc est sola sunt, ergo nomina sunt nō verba. minor huius syllogismi probatur. nam si quispiam suspensus animo, quod putet multis curis occupatum roget quid potissimum Socrates agat. Respondet autem qui rogatur disputat, conquiescit statim rogantis animus, atque subsistit. Ergo verba si per se id est sola sumantur, nomina cēsēda sunt, cum aliquid significant. non autē esse vel non esse. cum enim ita existit verbum ut dictum est non est signum rei esse vel nō esse. hoc est nullo pacto significat rem aut esse aut non esse. quod si verū est, neque affirmationes sunt neque negationes. atque ex consequēti neque verum neque falsum significant.

Verba per se.

Neque si ipsum est purum dixeris, ipsum enim nihil est, significat autem quandam compositionem quam sine compositis non est intelligere.

Argumento sumpto à maiori Arist.

Hoc loco sumit Arist. argumentum à maiori ut probet verba si per se sumantur nomina potius quam verba esse. & neque verum neque falsum significare. nam si generalissimum verbum & in quod cetera omnia verba resolvuntur, neque significat esse neque nō esse, multo minus hoc reliquis verbis inerit. atque verbum, est, purum: hoc est per se atque solum nihil prorsus est: id est neque esse significat, neque nō esse nisi aliquid aliud addiderimus. per se autem verbum, est, duntaxat significat quādam compositionem subiecti cum predicato aut à tributo quam si extrema adimamus intelligere nullo pacto valebimus. Est enim verbum, est, vinculum extremorū. ut cum ita dicimus, Socrates est albus, aut homo. quam obrem recte à nobis saepe numero dictum est opinione Aristotelis verbū substantiuum nō esse partem enuntiationis sed duntaxat partium ipsarum vinculum.

Verbū est quid significet.

Verbum substantiuū nō est pars enuntiationis.

Argumentum capitis de oratione atq; enūtiatione.

Presenti capite Arist. studet definire enūtiationem atque etiam eius partes explanata iam nominis atque verbi natura.

Caput

Caput de oratione atque enuntiatione.

Ratio autem est vox significatiua cuius partium aliquid significatiuum est separatim. ut dictio, sed non ut affirmatio vel negatio.

Acturus est Arist. ut diximus potissimum de enuntiatione sed quoniam oratio est genus enūtiationis & cognitio generis opem adfert ad comparandam formarum cognitionem anteaquam enuntiationem explanet orationem nobis explicat. est enim enuntiatio, aliqua oratio. ut idem autor est paulo inferius. sensus ergo finitionis quā orationi Arist. adhibet, is est. non ita contingit in oratione quemadmodum in nomine atque verbo. istorum enim nulla pars separata quidpiam significat, nihil autem prohibet partem aliquam orationis abiunctam & separatam ab ipsa oratione, significare. huic autem de finitioni non adiecit Arist. eam vocem ex institutione quoniam ex de finitione nominis atque verbi quibus oratio constat colligi poterat. & explicatur ab Aristotele paulo inferius contra Platonem. atque etiā ut Magentinus admonuit ex institutione orationē significare colligi potest ex illis verbis huius definitionis, vox significatiua. Solum enim ea significare dicuntur quae ex institutione hominum pendent.

Oratio genus enuntiationis.

Cur non ait ex institutione.

Secunda ratio.

Ea verò parte definitionis, cuius partium aliquid significatiuum est separatim, oratio differt à nomine atque verbo quorum nulla pars si per se sumatur quidpiam significat ut monstratum est. quod autem pars orationis abiuncta ab oratione aliquid significet inde maxime constare potest, quod nomina & verba sumpta per se aliquid significant, sed cōtingit interdum esse partes orationis, ergo pars orationis ab oratione se iuncta aliquid significat.

Cuius partium aliquid significatiuum est separatim.

Dictum tamen est in definitione orationis, aliqua pars quoniam contingit aliquādo ut orationi quaedam insint partes, quae nihil prorsus significant. id genus sunt coniunctiones, interiectiones, aduerbia. istae enim partes significant quidem at non rem quampiam ut cōstat. Deinde, tamen si nonnunquam eueniat ut partes aliquot orationis separatae ab oratione significant ut affirmationes & negationes, quod fit in oratione quae est una coniunctione & hypotetica vulgo

Aliqua pars.

Nō ut affirmatio vel negatio.

F. voca-

vocatur, ut partes huius orationis, Socrates docet & Plato audit, nõ tamen perpetuo verum est oportere ut pars orationis significet sicut affirmatio vel negatio sed satis est significare ut dictionem. hoc est ut nomen aut verbum. Si enim omnis pars orationis deberet significare ut affirmatio vel negatio, cum affirmatio & negatio orationes sint, earum quoque partes significarent ut affirmationes & negationes quare affirmatio efficeretur ex affirmationibus, & negatio ex negationibus & denique partes orationis oporteret esse orationes quod est maxime absurdum. quam obrem non necesse est ut pars orationis separata ab oratione significet, ut affirmatio vel negatio sed satis est quod significet ut dicitur. atque hoc est quod in definitione orationis inquit Arist. cuius partium significativum aliquid est separatum, ut dicitio, sed non ut affirmatio vel negatio. primum enim est necessarium, secundum verò tametsi contingere possit, necessarium sane non est.

Dico autem, ut homo, significat enim aliquid sed non quoniam est, aut non est, sed erit affirmatio aut negatio siquid addatur.

Exemplum His verbis Arist. exemplo demonstrat verum esse quod dixerat paulo superius, necessarium esse ut pars orationis aliquid significet, licet non sit necessarium quod significet ut affirmatio aut negatio. homo enim, v. g. pars est huius orationis homo currit & significat aliquid ut constat, at verò nõ significat esse, aut nõ esse nisi illi aliquid addatur, nempe verbum. quod si neque esse significat neque non esse neque affirmatio erit neque negatio. nam omnis affirmatio significat esse, negatio verò non esse.

Sed non vna hominis syllaba neque enim in se est forex. rex significat sed vox nũc est solum. in duplicibus verò significat quidem aliquid sed non secundum se quemadmodum dictum est.

Discrimen Docet iam Arist. discrimen inter orationem & nomen, atque verbum. nam de verbo idem prorsus quod de nomine iudicium est, quod attinet ad hanc rem. discrimen verò illud est. quod partes orationis separat & aliquid per se significant ut ostensum est. partes verò nominibus separat & si accipiuntur ut partes sunt nominis, nihil prorsus significant

ficant hoc probat exemplo. nam vna hominis syllaba quæ pars nominis est, separata ab ipso nomine, nihil omnino significat. hoc demonstrat à maiori sumpto argumento, pars enim compositi nominis nihil significat separata si consideretur ut pars nominis, nam si rex accipitur ut pars istius nominis forex nihil sane significat per se. censeatur enim perinde ac si syllaba esset, ergo idem cõtingit in cæteris nominibus. cum sint autem duo genera nominũ, quædam composita quæ duplicia vocat Arist. alia simplicia. Arist. illud ait interesse inter utrumque nominum genus quod in nominibus compositis pars aliquid significat, licet nõ secundum se, hoc est qua ratione est pars nominis. sed simpliciter. ut rex, significat aliquid per se non tamen ut pars est nominis forex. sed hoc explicatum est ab Arist. in capite de nomine ut super vacaneum sit eandem rem repetere.

Sorex nomen est muris siluestris & vocalis unde illud, sorex mea me voce prodidi.

Est autem oratio, omnis quidem significativa, non sicut instrumentum, sed quemadmodum dictum est ad placitum.

Discrevit orationem Arist. à nomine & verbo docuit etiã quæ sit vis eius atque natura. nunc explanat quo pacto illa significet, naturam ne an positione quod est secundum placitum. ea ergo est Arist. sententia quod oratio significat ad placitum. id est ex institutione hominum non naturam. rationem huius rei reddit cum inquit, quemadmodum dictum est. illa verò hoc modo colligitur. nomina & verba significat ad placitum ergo & oratio. antecedens notum est ex his quæ diximus cum de nomine atque verbo ageremus. consequentia verò constat à minori sumpto argumento. ipsa enim oratio ex nomine & verbo constat, ergo ad placitum significat more nominis atque verbi ex quibus efficitur & constat. atque hoc est quod ait Arist. sed significat secundum placitum quemadmodum dictum est.

Quoniam verò inter veteres phil. sophos fuerunt qui dicerent orationem nõ significare positione sed naturam potius inter quos est Plato in dialogo qui eratilus inscribitur, refellit obiter eorũ philosophorum sententiam cũ inquit. nõ sicut instrumentum. Plato verò istã sententiam

Duo genera nominũ & utriusque discriminẽ.

Sorex.

Docet orationem significare ex institutione. Syllabis.

Plato ait orationem naturam significare

Commentarius in librum

Syllogif- comprobat hoc argumento. instrumentum potentia naturalis constat
mus Pla- natura, vox autem est instrumentum naturalis potentia ergo constat
tois. natura. quare non significat secundum placitum. discursus legitimus
est in tertio modo prima figura, antecedens verum est ergo & conse-
quens. Primum quidem maior est aperta, nam oculi, aures & cetera
instrumenta naturalis facultatis sensuæ, natura constant. minor etiã
vera esse videtur, siquidem ipsa oratio videtur concessa esse nobis à
natura tanquam instrumentum quoddam quo explicarem ea quæ
existunt in animo. quare significat natura & non secundum placi-
tum. Arist. verò tamen si falsam putat Platonis sententiam nullam
Refelli= rationem adducit qua illam refellat. sed solum inquit, non significare
tur sentē- velut instrumentum. quod Plato videbatur accipere in minore propo-
sitione huius syllogismi. voces enim nobis à natura concessæ sunt, &
ria Plato natura constant, oratio verò ab homine fingitur dum ex nomine &
nis. verbo efficitur, quæ sunt eius partes. & ex institutione hominũ rem
significant. atque ut exemplo rem explicemus, quemadmodum mo-
ueri natura, nobis concessum est. hoc aut illo modo moueri, salu in-
quam aut quavis alia ratione. non natura nobis inest, sed pendet ex
voluntate. ita quoq; vocem emittere natura nobis concessum est hoc
verò aut illo modo positione aut voluntate hominum constat. quare
significatio vocis quæ per nomen aut verbum aut orationem fit non
natura nobis inest, sed ex instituto. ergo materiã hoc est id in quo exi-
stunt nomen verbum atque oratio, natura suppeditat. nos formam
Argumẽ præstamus. Quod autem oratio positione significet, non natura inde
in q or- maxime constat. quod maxima est orationũ varietas. alijs enim bar-
tio positio bara inest. elegans atque elaborata alijs. quidam illam carmine effi-
ne signifi- ciunt, alijs prosa oratione. verum igitur est quod ait Arist. orationem
cet, nõ na- nõ significare velut instrumentũ hoc est natura sed secundum placitũ.
tura. Alio etiam modo dissolui potest ratio qua Plato usus est si nege-
Alia ra- mus maiorem propositionem propositi syllogismi. omne inquam in-
tio dissol- strumentum naturalis facultatis esse naturale. instrumenta enim ar-
uendi syl- strumentum naturalis facultatis esse naturale. instrumenta enim ar-
logismũ- tium positione constant, seruiunt tamen facultatibus naturalibus.
Platonis. Enuntiatiua verò non omnis sed illa in qua verum vel falsum
est,

perihermãnas Aristotelis.

est, non autem omnibus inest, ut deprecatio oratio quidem est.
sed neque vera neque falsa, cetera igitur relinquuntur, rhetoricæ
enim vel poetica conuenientior est eorum consideratio. enuntia-
tiua verò præsentis est speculationis.

Differit Arist. in præsentia de oratione, quoniam genus enuntia-
tionis est ut ostendimus paulo superius. cum autem oratio sub se mul-
tas formas habeat, ut monstratum est initio huius commentarij. alia
est enim deprecatiua, ut misereve animi non digna ferentis. alia im-
perandi. ut estote prudentes sicut serpentes. ceteraque formæ. quarũ
meminimus loco citato docet Arist. quæ nam forma orationis perti-
neat ad præsentem disputationem cũ ait, enuntiativa oratio præsentis
est speculationis. huius rei ratio ita colligitur ea oratio pertinet ad
philosophos in qua est verum vel falsum, huiusmodi est enuntiativa
oratio ergo illa est præsentis speculationis. nota est consequentia &
vraque pars antecedentis monstrata est à nobis in quæstione præam-
bula de subiecto huius libri. ceteræ verò orationes quoniam neque ve-
ra neque falsa sunt, ut eodem loco ostendimus, non pertinent ad præ-
sens negocium, reijciantur ergo à philosophia cuius munus est inqui-
rere atque docere quid verum quid falsum sit.

Forma o-
rationis.

Quæ ora-
tio huc
spectet.

Sed quoniam posset quispiam rogare ad quem artificem pertineat
cetera genera orationum diluit quæstionem Arist. dicens. illa specta-
re ad rhetores vel poetas, ratio est, quoniam ut diximus initio huius
cõmentarij, reliqua genera orationum seruiunt exprimendis affecti-
bus animorum atque poetæ atque etiam oratores aut prodesse volũt
aut deletare, aut simul idoneæ & iocunda dicere vitæ. sunt enim id
genus scriptoribus perquam familiaria, atque maxime accommodata.

Diluit ob-
iectionẽ
Arist.

Est autem vna prima oratio enuntiativa, affirmatio, deinde ne-
gatio aliæ verò omnes coniunctione vnæ.

Explicauit hæc tenus Arist. docuit orationẽ, quæ est genus enun-
tiationis deinde quæ forma orationis ad philosophos pertineret, de
qua sit in præsentia differendum. ceteras deinde formas orationis
suis artificibus concessit. Iam de enuntiativa oratione disputat. atq;
eius diuisionẽ aggreditur. his autem verbis studio breuitatis Arist.

Simul et simul complexus est duas formas diuidendi: quod non semel facere conplectitur. sicut nam ut cetera taceam in categorijs, cum de quantitate disputaret, duas simul diuisiones quantitatis complexus est. diuisiones vero quas facit hoc loco huiusmodi sunt. enuntiatio alia est una alia vero est una

Vna oratio simpliciter. Vna simpliciter alia est una simpliciter. alia est una ratione coniunctionis. una simpliciter alio nomine categorica aut simplex vocatur, ut homo est animal. una coniunctione est quæ pluribus simplicibus constat enuntiationibus. sed coniunctione iunguntur. ut Socrates legit, et Plato audit. huius tres sunt formæ coniuncta, disiuncta

Tres formæ enim diuisionis unius coniunctione. Hypothetica, alijs nominibus copulatiua disiunctiua et conditionalis vocantur. de quibus in presentia plura dicere animus non est, quoniam de eisdem lib. secundo summa satis multa diximus.

Secunda diuisio sic fit. enuntiatio, alia affirmatio est. alia negatio. affirmatiorem vero primam vocat Arist. deinde negationem. qua diuisione mea sententia Arist. solum diuidit simplicem enuntiationem quæ est presenti negotio accommodata. tamen si affirmatio et negatio tam insit simplicibus propositionibus quam his quæ sunt una coniunctione. Sed quoniam enuntiatio quæ est una coniunctione, non proprie pertinet ad hunc sermonem prætermisit Arist. affirmationem et negationem enuntiationis quæ est una coniunctione.

Questio vivu hæc diuisio fit generis et species. Aristot. hoc loco non facit diuisionem. Hoc tamen loco questio existit utrum enuntiatio diuidatur in affirmatiorem et negationem tanquam genus in species. et quidem aliud est hoc querere. aliud vero rogare utrum Arist. presenti loco diuisionem efficiat. priorem quidem questionem paulo inferius tractabo, nunc vero animaduertendum est quod Arist. cum inquit. Est autem una prima oratio enuntiatio deinde negatio, non facit diuisionem enuntiationis sed duntaxat enumerat partes enuntiationis, et ordinem enumeratorum proponit. quasi dicat enuntiatio duas partes habet affirmationem inquam et negationem. atqui prima pars enuntiationis, affirmatio est deinde negatio. idem quoque fecit in sermone de substantia, cum substantia duas partes esse inquit et unam substantiam primam esse, aliam secundam. idem præstat in sermone de qualitate dicens, est autem qualitas eorum quæ multipliciter dicuntur.

Subiungit

subiungit prima species qualitatis est &c. deinde simili forma vii solet. Aristot. pluribus locis.

Sed excutiamus iam superiorem illam questionem utrum enuntiatio diuidatur in affirmationem et negationem tanquam genus in species, nec ne. in hac questione varia sententia sunt veterum philosophorum. Alexander aphrodisiensis grauis in primis autor comment. in cap. primu. lib. i. de analysi priori. et Philoponus commentario in caput. ij. lib. j. de posteriori analysi negat. enuntiationem genus esse affirmatiouis et negationis. adducitur in hanc sententiam his argumentis genus ex equo inest omnibus suis formis. iij. lib. Top. enuntiatio non ita inest affirmationi et negationi. ergo non est genus affirmatiouis et negatiouis. nota est in. iij. modo. ij. figura maior aperta est minor probatur Arist. testimonio qui affirmationem vocat primam enuntiationem.

Confirmatur, affirmatio est prior negatione, ergo affirmatio et negatio non sunt species enuntiationis. discursus legitimus est, quoniam simul natura sunt quæ ab eodem genere ex aduerso diuiduntur species. antecedes pro id ex quo aliud fit prius est eo quod fit, cap. ij. lib. vi. top. ex affirmatione fit negatio adiecta negatione, ergo prior est affirmatio quam negatio.

Confirmatur secundo, affirmatio si auferatur, negationem aufert, non aufertur negatione, ergo prior est affirmatio negatione. nota est consequentia. cap. de priori. in post predicamenti ergo non est enuntiatio genus affirmatiouis et negationis. postremo Arist. testimonio persuadetur cap. ij. lib. i. de post. analysi. affirmatio negatione est prior et notior. et ratione reddit inquit. nam per affirmationem negatio nota fit. et prior est affirmatio quam negatio, sicut esse prius est quam non esse.

Hæmonius contrariam sententiam tener inquam quidem adducitur duplici argumento unum est quoniam definitio enuntiationis pariter inest affirmationi et negationi ea inquam, oratio in qua verum vel falsum est. deinde proprium et veluti differentia substantialis qua differt oratio enuntiativa à ceteris orationis generibus est, verum vel falsum continere. at hoc equaliter inest affirmationi et negationi. quare genus est enuntiatio utriusque. in eadem sententia est diuus Thomas enarrans hunc locum Aristotelis.

F iij Ego

An sit de

Alexander.

Philoponus.

Quod non sit genus enuntiationis.

Prius ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quarta ratio.

Quarta ratio.

Quarta ratio.

Quarta ratio.

Quarta ratio.

Quarta ratio.

Quarta ratio.

Quarta ratio.

Quarta ratio.

Nostra se- tentia. Ego tamen utrosque autores verum dicere existimo nam si omnes numeros veri generis excutiamus enuntiatio verum genus non est. neque ullum exactum genus reperire licet, in nominibus secundarum notionum. quo expectans Alexander, hanc amplexus est sententiam quam mordicus defendit. quoniam verò proxime accedit, ad genus enuntiationis, & affirmatio & negatio ad species, quantum patitur natura istarum rerum. putat Hæmonius enuntiationem genus esse affirmationis & negationis. atq; ista sane ratione videtur mihi componi posse diuersas istas sententias enarratorum Aristotelis.

Necesse est autem omnem enuntiativam orationem ex verbo esse vel ex casu verbi.

Explicat partem necessariam ad enuntiationem cõficiendam, & exordium sumit à verbo. ait igitur necessarium esse ut omnis enuntiatio ex verbo cõstet vel ex casu verbi, siue verbum finitum sit siue infinitum. de quibus est disputatum in sermone de verbo. ratio verò ea est quoniam si non adsit verbum aut casus verbi oratio neque verum neque falsum significat quod est proprium enuntiationis.

Etenim hominis ratio, si nõ addatur aut est aut fuit, aut erit, aut aliquid huiusmodi nondum oratio enuntiativa est. Quare autem vnum quoddam est, non multa, animal gressibile bipes, non enim eo quod propinque dicuntur vnum erit. & certe alterius hoc tractare negotij.

Demon- strat enun- tiationem constare ex verbo vel ex casu verbi. oratio enim quavis in- tiationem qua verbum non collocatur enuntiatio non est. nam animal gressibile ex verbo le bipes quæ est oratio qua utitur Arist. in presentia loco vera defi- & casu- nitionis hominis, quoniam verbo vacat & casu verbi nulla ratione verbi se- enuntiatio est: cum neque verum neque falsum significet. nisi adda- ri. mus eidem verbum est. quod verbum simpliciter vocatur, aut fuit aut erit, quæ sunt verbi casus. verum quod definitio hominis cuius ex- emplo usus est Arist. ubi non adest verbum quoduis non sit enuntia- tio, probat Arist. hoc syllogismo. omnis enuntiatio plura significat, hominis definitio, animal gressibile bipes non multa significat, sed vnum

enuntiationem. Si verò esse quod non est, vel nõ esse quod est, falsam quam obrem contingit omne quod vere affirmatur falso negari. & quod vere negatur, falso affirmari. atque ex consequenti omni affirmationi opposita est negatio. & omni negationi opposita est affirmatio. atque hoc ipsum est repugnantia aut contradictio. quam definit Arist. cum inquit.

Et sit hoc contradictio, affirmatio & negatio oppositæ. dico autem rem opponi eiufdem de eodem. non autem æquiuoce. & quæcunque cetera talium contra sophisticas determinauimus importunitates.

In primis verò quantum ex phrasi & loquendi forma cõstare potest. Arist. autor fuit huius vocabuli, contradictio. Hæc enim causa est. ut ait Magentinus, cur Arist. hæcenus nunquam meminit contradictionis. Fuit enim vocabulum hoc græcis auribus ante etatem Aristotelis insuetum. voluit ergo prius ea dicere quæ emolire possent duritiem verbi & nouitatem eiusdem.

Est autem sensus definitionis is. contradictio est pugna affirmationis & negationis. ut Socrates legit. Socrates non legit.

Quoniam verò non quavis affirmatio & negatio efficiunt contradictionem, adiecit Arist. oppositæ. quod verbum ipse explanat. nam affirmationem & negationem appellat oppositas quæ sunt eiusdem de eodem. hoc est. idem subiectum habent & prædicatum, & deniq; ceteras partes easdem habent. quæ mutare possunt enuntiationem atque ex vera falsam reddere. Quare hæc nõ est contradictio, Socrates disputat. leo nõ disputat. quoniam non constat affirmatio & negatio eodem subiecto. neque ista, homo currit, quod currit nõ est homo. quoniam non habent idem subiectum & prædicatum.

Addit Arist. nõ æquiuoce. hoc est debet affirmatio & negatio cõstare eodem subiecto & prædicato. non tantum secundum nomen, quod est æquiuoce. sed etiam secundum rem. Nam æquiuoca sunt quorum idem nomen est diuersa tamen ratio substantia. addit rursum incõstituenda contradictione seruari debere quæcunque ab eodem in elenchis determinata sunt contra importunitates sophisticarum. Sunt enim

Contra- dictio.

Sensus de- finitionis.

Oppositæ.

Quæ non sint contra- dictiones.

Nõ æqui- uoce.

Capit. de æquiuocis in categorijs.

& ij enim

Commentarius in librum

enim sophista importuni atque molesti. neque male mea sententia hæc verba adiecit. Videbatur enim diuinare quæ sophista hac nostra atate de contradictione dicturi erant. quæ vero seruanda sint in contradictione efficienda doceri possumus ex definitione elenchi quam Arist. loco citato adducit cum inquit elenchum, seu redargutionem esse contradictionem vnius atque eiusdem non nominis tantum. sed nominis & rei simul ad idem & secundum idem & cõsimiliter & non mutato tempore sed de hac ipsa re plura fortasse quam par esset diximus. lib. ij. summa & summularum vt super vacaneum sit eadem in præsentia reperere. Colligi tamen potest perfecta definitio contradictionis hoc modo. *contradictio est oppositio affirmationis & negationis eiusdem subiecti & prædicati inuicem. quibus partibus vitari possunt omnes illæ tegna & calumniæ quas sophista cõfingunt.*

Elenchus.

Vera definitio contradictionis.

¶ Argumentum capitis quinti.

Definiuit Arist. contradictionem nunc studet explicare singulas eius formas atque easdem distinguere. docet præterea quæ sint obseruanda in singulis oppositionis formis. & quibus nominibus singule appellentur. cum etiam quænam forma digna sit maxime nomine oppositionis. quoniam verò contradictio maxime sumitur secundum subiectum initio huius capitis diuisionem proponit eorum quæ subiecta sunt postea vero eam contradictionem persequitur quæ sumitur ex prædicato.

¶ Caput quintum.

Quoniam autem sunt hæc quidem rerum vniuersalia, illa verò singularia. Dico autem vniuersale, quod de pluribus prædicari natum est: singulare verò quod non: vt homo quidem vniuersale est: Plato verò, eorum quæ sunt singularia.

Diuisio rerum.

Hæc oratio perfecta non est. nam eo refertur ab Arist. vt doceat qua ratione constare debeant aut potius qualia esse oporteat

perihermænas Aristotelis.

24

teat subiecta in singulis formis contradictionis. Verum ex his verbis Arist. summi potest diuisio quedam hoc pacto. Rerum alia vniuersales sunt alia singulares. Vtraque partem Arist. explanat, definitio ne & exemplis subiectis. Præponit autem vniuersale singulari ea fortasse causa quod vniuersale vt inquit idem Arist. lib. primo de posteriori analysi honorabilis est singulari.

Cur vniuersale præfertur singulari.

Vniuersale verò ita finitur ab Arist. quod de pluribus prædicari natum est. adhibet exemplum. vt homo. est enim natus prædicari de singulis hominibus. Cum autem vniuersale multis modis accipiat ab Arist. præsentis loco illud duntaxat explanat finitione quod ad logicos spectat. cuius quinque sunt veluti species. de quibus est à porphirio disputatum in introductione ad dialecticam. Singulare autem ducatur quod non est aptum de pluribus prædicari vt Socrates, Plato. qua vero ratione accipienda sit definitio vniuersalis & singularis quæ tradit hoc loco Arist. dictum est à nobis vberius commentario in caput de specie.

Singulare.

Potest tamen quispiam obijcere aduersus sententiam Arist. quoniam pacto verum esse possit quod hoc loco inquit rerum quasdam esse vniuersales si verum est quod idem scribit libro primo de anima. vniuersale aut nihil esse aut rebus ipsis esse posterius. Deinde quo pacto vniuersale natum est de pluribus prædicari si vniuersale res est. Nam prædicantur duntaxat voces. Vtraque tamen dubitatio facile tollitur si reuocemus in memoriam quod initio commentariorum in quinque voces porphirij diximus. fieri interdum vt nominum affectiones ad res ipsas transferantur. atque etiam mutata ratione. quasi velit dicere vocum duplex esse genus. quædam enim significant res vniuersas, alia singulas.

Obiectio prima.

Secunda.

Soluitur dubitatio

Necessè est autem enuntiare cum inest aliquid. aut non: aliquando quidem alicui eorum, quæ vniuersalia sunt: aliquando autem alicui eorum, quæ sunt singularia.

Proposita diuisione subiecti diuidit Arist. enuntiationes secundum subiectum dicens. Enuntiationes si secundum subiectum accipiantur in duplici sunt differentia quædam enim singulares sunt vt Socrates fuit
G iij Pla-

Commentarius in librum

Syllogismus.

Platonis institutor, alia verò sunt vniuersales. Vt homo est animal, singulares vocantur illæ quarum subiectum singulare est. vniuersales verò quarum subiectum vniuersale est. Rationem autem huius rei videtur Arist. inuere, & ita colligitur. rerum quædam sunt vniuersales alia singulares, atqui vniuersale & singulare subiecta sunt, ergo quædam sunt enuntiationes quibus enuntiamus aliquid de alio quod est vniuersale alia verò quibus enuntiamus aliquid de alio quod est singulare.

Duplex enuntiatione vniuersalis.

Ea verò enuntiatione cuius subiectum vniuersale est duplex est, quædam est cuius subiectum vniuersale est vniuersaliter vt omnis homo est animal. alia cuius subiectum est vniuersale, sed nõ vniuersaliter. hæc duplex est, quædam cuius subiectum omnino signo vacat, vt homo est iustus, quæ indefinita vulgo dicitur. alia quæ speciali signo constat vt quidam homo iustus est. quæ quidem diuisio fit secundum quantitatem vt ea quæ fit in affirmatione & negatione secundum qualitatem.

Maxima oppositio.

De singularibus enuntiationibus in presentia sermo non est. sed duntaxat de vniuersalibus. quarum repugnantiam secundum verum & falsum constituit Arist. cum sint autem tres formæ oppositionis vna tantum contradictio vocatur. cætera alijs nominibus.

Si ergo in vniuersali vniuersaliter enunciet quis quoniam est aut non est, contrariæ enuntiationes erunt. Dico autem in vniuersali enuntiare vniuersaliter, vt omnis homo albus est, nullus homo albus est.

Formæ oppositiois.

Iam incipit Arist. explicare formas oppositionis sunt illæ tres contraria. sub contraria. contradictoria. contraria primū definit, ea fort. esse causa & ex eadē facile cætera oppositionis formæ efficiantur definit ergo contrariam oppositionem dicens. contrariæ enuntiationes sunt. Cum quis enuntiat in vniuersali vniuersaliter quod est aut non est, id est contrariæ enuntiationes sunt, illæ quarum subiectum vniuersale est vniuersaliter. hoc est affectum vniuersali signo, quarum altera enuntiat esse. altera nõ esse. exemplo rem probat Arist. istæ enim contrariæ enuntiationes sunt, omnis homo albus est, nullus homo albus est. hæc est forma contrariarum enuntiationum. quæquam cauere diligenter oportet ne

Quid oporteat cauere.

perihermænas Aristotelis.

21

Vnum ergo non est enuntiatio discursus est legitimus, & maior inde maxime constat quoniam enuntiatio subiecto constat & predicato atqui subiectum substantiam declarat. predicatum verò actionem vel passionem. hæc verò nõ vnum sed multa sunt, definitio vero vnũ tantum est vt constat.

Quoniam verò plerique concedunt definitionem vnum esse non multa, errant tamen assignando rationem cur vnum sit obiter istorum sententiam refellit. aiunt enim definitionem vnum esse quoniam eius partes propinque sunt. hoc est nihil medium inter iacet, quod illas retineat, vnumq; faciat. hæc enim huius rei causa non est. nõ adducit tamen vllam aliam Arist. atque ideo se excusat: dicens, hoc docere alterius esse negotij, neq; expectare ad dialecticos. explanat autem hoc ipsum septimo atque octauo metaphysico. & ratio cur vnũ rem non sit definitio, non multa, hæc est. quoniam constat genere atque differentia quorum alterum nempe genus vicem habet materiæ, alterum vero, id est, differentia vicem habet formæ, atqui vt ex materia quæ potentia est, & forma quæ est actus vnum efficitur secundum naturam non multa. ita quoque ex genere & differentia vnum suapte natura fit non multa.

Est autem vna oratio enuntiativa quæ vnum significat vel conjunctione vna plures autē quæ plura & non vnũ: vel in cõiuncte.

Tradit in presentia Arist. quandam aliam diuisionem enuntiationum qua diuisione vniuersa genera enuntiationum cõplectitur. ea est enuntiatio duplex est alia vna alia plures. vna enuntiatio est quæ vnum significat vt homo est animal vel plura quæ sunt vnum cõiunctione. vt si deus est mundus regitur providentia. enuntiatio autem plures ea est quæ plura significat & non vnũ. est autē huiusmodi ea enuntiatio in qua existit aliquod nomen multiplex, vt canis adurit. est etiam enuntiatio plures in qua plura existunt in cõiuncte. hoc est nõ efficiuntur vnum gratia cõiunctionis. vt si quis dicat Christus est. multa fecit. docuit. nam hæc enuntiatio plura continet quæ non sunt vnum aliqua cõiunctione.

Observandum tamen est quod propositioni quæ est vna simplici-

Observatio.

G ter

Commentarius in librum

ter opposita est enuntiatio quæ est plures simpliciter, illi vero enuntiationi quæ est vna cõiunçtione ea enuntiatio opponitur in qua plura sunt in coniunçte.

Secunda obserua- tio. Deinde considerandum etiam est quod ad enuntiationem quæ vna est coniunçtione referuntur enuntiatio coniunçta, disiunçta & hypotetica quæ communi nomine conditionalis vocatur, omnes enim huiusmodi enuntiationes vnum sunt coniunçtione.

Nomen igitur & verbum, dictio sit solum: quoniam non est dicere, sic aliquid significantem, voce enuntiare, vel aliquo interrogante, vel non verum ipso proferente.

Occurrit Arist. ob iectioni. Nomẽ & verbum per se esse enuntiationem vnam quia singula istorũ vnum significat, Respondet tamen Arist. tacite obiectioni dicens, quod tamen si nomen & verbum & enuntiatione vnum sit & non multa, neque nomen neque verbum enuntiatione est, non enim significant vnum vt vnu signifi- cant, vt dictio. Duobus modis continetur enuntiare. Occurrit statim Arist. obiectioni, posset quispiam putare nomen & verbum per se esse enuntiationem vnam quia singula istorũ vnum significat, Respondet tamen Arist. tacite obiectioni dicens, quod tamen si nomen & verbum & enuntiatione vnum sit & non multa, neque nomen neque verbum enuntiatione est, non enim significant vnum vt vnu signifi- cant, vt dictio. Duobus modis continetur enuntiare. aut enim enuntiamus respondentes ad ea quæ rogati sumus aut nihil rogati. Vt si quis roget quis apud re est, & tu respondeas Ioannes, certe enuntiatione vsus es respondendo. Deinde si quis dicat, docere Socratem aut Platonem audire. Nomen autem aut verbo neutro modo enuntiare quidpiam continetur. Sed obiectioni aliquis falsam esse Arist. sententiam. siquidem interdum, tunc videlicet cõ interrogamur nomine & verbo enuntiamus. Roganti enim quis apud te est, optime respondeo, Socrates, atqui Socrates vnu nomen est. & confirmatur nostra sententia Arist. testimonio in capite de verbo cum inquit verba secundum se dicta esse nomina quoniam constituunt intellectum & qui audit quiescit. Verum hæc obiectioni facile diluitur si dicamus cum ita respondemus, esse perfectam enuntiationem, tamen si vel nomen vel verbũ potestate existat cum ea ratione respondemus, tamen idem enim est dicere disputat, roganti quid quispiam agat ac si perfectam enuntiationem proferremus. hoc si verum est aperte

perihermænas Aristotelis.

est aperte constat nomen atque verbum non esse vnum sicut enuntiatione vnum est, sed quem admodum dictio. Vnum enim exprimit atque declarat non enuntiano. Vt dictio.

Quæret fortasse quispiam quam obrem Arist. non distinguit nomen & verbum ab affirmatione & negatione, nos ita roganti dicemus illam fuisse causam quod satis fuerit nomen & verbum ab enuntiatione distinxisse. nam cum affirmatio & negatio species sint enuntiationis cum monstrat nomen atque verbum ab enuntiatione differre simul demonstrat ab affirmatione esse diuersa. & denique ab omnibus formis enuntiationis. Quæstio cui nõ distinguit nomen & verbum ab affirmatione & negatione.

Rursum si quis obieciat frustra Arist. in præsentia enuntiationem distinguere à nomine & verbo, cum id ab eodem factum sit paulo superius atque etiam in prohemio. Hæc obiectioni facile diluetur si dicamus superius accepisse Arist. enuntiationem secundum eius essentiã atque substantiam, modo vero secundum vsu nam verum esse aut falsum ad substantiam enuntiationis pertinet. vnam esse aut plures ad vsu: nihil autem mirum esse debet si ostendat enuntiationem à nomine & verbo omnino esse diuersam. Tertia obiectione. Soluuntur.

Harũ autem hæc quidem simplex est enuntiatione: vt aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo. hæc autem ex his coniunçta, velut oratio quædam iam composita. Est autem simplex enuntiatione, vox si significatiua de eo quod est aliquid vel non est, quemadmodum tẽpora diuisa sunt affirmatio vero est enuntiatione alicuius de aliquo, negatio vero enuntiatione alicuius ab aliquo.

Resumit Arist. sermonet atque ea repetit quæ de enuntiatione dicta sunt prius vt tenacius memoriæ hæreant. inquit ergo earum enuntiationum quibus monstratum est sententiam proferri & rogantibus responderi quædam simplex est, alia cõiunçta. Simplex enuntiatione est in qua aliquid de aliquo, dicitur inquam, aut aliquid ab aliquo, separatur videlicet. Coniunçta vero ea est quæ ex simplicibus enuntiationibus conficitur, comparat tamen vtrunque genus enuntiationis inter se dicens, enuntiationem simplicem quæ ad præsens negotium attinet significare aliquid esse aut non esse aliam vero esse & ij facta

Repetit quæ dixerat. Simplex. Cõiunçta.

Diuiditur enuntiatione quæ admodum tempora diuiditur. *fectam esse ex simplicibus enuntiationibus . admonet tamen quod quemadmodum tempora diuisa sunt, est enim quoddam tempus præsens aliud ex ætærum, futurum aliud, ita quoque simplicis enuntiationis triplex forma est. Quædam enim præsentis temporis est. vt hæc dies aliam viam adfert. alia præteriti. vt Alexander orbem domuit. alia futuri, vt antechristus nouissimis temporibus uiuet.*

Affirmatio. *Deinde duas partes enuntiationis simplicis definit affirmationem inquam & negationem, quæ quidem diuisio indefinitione simplicis enuntiationis continebatur. Affirmatio inquit, est enuntiatio alicuius de aliquo, id est in qua vnũ alteri tribuimus. negatio verò enuntiatio est alicuius ab aliquo, id est in qua vnum ab altero separamus. quæ in prohemio ab Aristotele diuisio vocatur quemadmodum affirmatio appellatur compositio.*

Quoniam autem enuntiare est, & quod est non esse, & quod non est esse, & quod non est non esse. & circa ea quæ extra præsens tempus sunt similiter, vtique continget omne quod quis affirmauerit negare & quod quis negauerit affirmare. quare manifestum est, quoniam omni affirmationi opposita est negatio & omni negationi opposita est affirmatio.

De repugnantiã differit. *Hactenus Aristoteles enuntiationem & varias eius formas diligentissime persequutus est. nunc verò de contradictione aut repugnantiã agere instituit, cuius definitionem in medium adducit. hanc vt constituat, explanat prius pugnam affirmationis & negationis quibus contradictio constat. Hæc pugna sumi potest ab ipsis rebus, atque etiã à nostro sensu. quam obrem vtrunque pugnantia modum exponit. exorsus à repugnantiã ipsarum rerum. Inquit ergo quod quatuor tantum modis enuntiare contingit, aut enim enuntiamus non esse quod est, aut esse quod non est, aut esse quod est, aut non esse quod non est. quod autem accidit secundum differentiam temporis præsentis accidit similiter circa ea quæ extra præsens tempus sunt. Huiusmodi sunt præterita atque futura. nam secundum quamcunque differentiam temporis contingunt quatuor istæ formæ enuntian-di. quod si enuntiamus esse quod est, aut non esse quod non est. veram constituimus enuntia-*

ret ne in vtraque enuntiatione vllũ nomen, siue illud subiectum sit, siue prædicatum, sit vniuersale nõ vniuersaliter. contrariã verò vocatur huiusmodi enuntiationes quoniam quãdam habent similitudinẽ cum contrarijs. nam vt contraria simul esse in eodem non possunt. ita duæ istæ enuntiationes veræ esse nequeunt. vt inferius mōstrat Aristoteles. item sicut contraria maxime distant. ita quoque huiusmodi enuntiationes. nam quod vna statuit, altera omnino aufert.

Cur vocetur contraria.

Quando autem vniuersalibus non vniuersaliter, non sunt contraria. quæ autem significantur est esse aliquando contraria. dico autem non vniuersaliter enuntiare in his quæ vniuersalia sunt, vt est albus homo, non est albus homo. cum enim vniuersale sit homo. non vniuersaliter vtitur enuntiatione. omnis namque nõ vniuersale significat, sed quoniam vniuersaliter.

His verbis explicat Aristoteles secundam formam oppositionis sub contrarias inquam enuntiationes. atque ait. eas enuntiationes in quibus aliquid enuntiamus inesse vel non inesse alteri vniuersali sed nõ vniuersaliter hoc est non cum aliqua nota vniuersali, non esse contrarias. neque enim seruant formam contrariarum enuntiationum quam Aristoteles paulo superius tradidit. & præterea non suscipiunt rationem contrariorum, cum possint in eodem esse. Vtraque enim vera esse potest in materia contingenti. rem exemplo probat, cum ita enuntiamus, est albus homo, non est albus homo. quæ enuntiationes pares sunt hijs homo est albus, homo nõ est albus, aut aliquis homo est albus, aliquis homo non est albus. nam pro eodem vsurpantur in presentia particule & indefinitum. vocantur hæc enuntiationes subcontrariã quoniam collocantur sub propositionibus contrarijs aut ab eis de sumuntur. adempto enim signo vniuersali ex contrarijs sub contraria efficiuntur. vt omnis homo iustus est, nullus homo iniustus est. homo iustus est, homo iustus non est. deinde sub contrariã enuntiationes vocantur quoniam si veritatem spectes collocantur sub enuntiationibus contrarijs. nam si vniuersalis vera est erit quoque vera particularis quæ existit sub vniuersali.

Contraria enuntiationes.

Sub contraria.

Subiungit Aristoteles. aliquando contingere vt contraria sint ea quæ

H signi-

Cōtingit ea quæ significantur esse cōtraria. significantur sub contrarijs enuntiationibus. huius rei ea causa est, quoniam subeunt naturam contrariorum. ut enim contraria simul vera esse nō possunt ita etiam aliquando fit ut sub contraria nō possint simul esse vera. hoc contingit quando enūtiationes constant naturali materia aut disparata. ut aliquis homo est animal, aliquis homo non est animal. aliquis homo est equus, aliquis homo non est equus. & hic sane sensus est istorum verborum non quem sophistæ explicant.

Vniuersa le nō vniuersali= ter. Reddit deinde rationem philosophus cur huiusmodi enūtiationes dicantur vniuersales non vniuersaliter. ea est quoniam terminus qui subiicitur vniuersalis est, cum sit natus prædicari de pluribus. non est tamen vniuersaliter quoniam nō afficitur nota vniuersali qua finiatur. omnis enim atque alia id genus vniuersalia nō sunt, cum non possint prædicari. significant tamen vniuersaliter, id est prædicatum cōuenire omni parti subiecti. in hac enim enuntiatione omnis homo iustus est attributum. iustus omni homini tribuitur. in causa verò est nota illa aut signum, omnis, quo afficitur subiectū.

Signum quid sit. Magentinus.

Signum verò aut nota, Magentino aurore, est adiectio quædam subiecto semper coniuncta declarans quo pacto prædicatum referatur ad subiectū. quōtuplicia verò signa sint dictū est à nobis in isagoge, & lib. ij. summæ.

In eo verò quod vniuersale prædicatur id quod est vniuersaliter prædicari non est verum. nulla enim affirmatio vera erit in qua vniuersale prædicatum vniuersaliter prædicatur ut, omnis homo est omne animal.

Quoniam verò signi vniuersalis mentio incidit docet Aristoteli. cui parti enūtiationis addi debeat, ut vera cōstituatur affirmatio. simulque refellit de hac re sententiā falsam quorūdam antiquorum philosophorum. est igitur documentum, signum vniuersale asserens nō debet addi ad prædicatum vniuersale enūtiationis. ratio est quoniam erit falsa enūtiatio. hoc demonstrat exemplo proposito. hæc enim enūtiatio omnis homo omne animal est, falsa est proculdubio, atque idem semper eueniet, modo prædicatum vniuersale sit. id est natum de pluribus prædicari. alias enim nihil prohibet verā effici enuntiationem.

ut sol

ut sol est omnis sol. sed sol vniuersale quidem non est, neque luna neque phenix. ut ostendimus commentario in caput de specie. illarum vero enuntiationum nullus est vsus in dialectica, quæ seruit inuestiganda veritati, & refellendo mendatio, atque ideo à disciplinis reijciuntur. quo spectans Aristoteli. cap. xxvij. lib. primi de priori analysi differens de propositionum abundantia inquit, ipsum quod sequitur non est ponendum totum sequi & ponit exemplum inquit. dico autem ut hominem esse omne animal. aut musicam esse omnem disciplinam, sed simpliciter solum sequi debet ut hominem esse animal, aut omnem hominem esse animal. rationem subiungit dicens, quoniam nos hoc volumus probare. hominem inquam esse animal, aut musicam esse disciplinam alterum autem inutile est atque impossibile. idem quoque scribit libro primo de priori analysi his verbis prædicatum autem non omne dicitur. hoc est non suscipit hanc præfinitionem, omnis.

Inutiles dialectico enuntiationes.

Ratio.

Quatuor quidem modis attributum enūtiationis aut prædicatum nota aliqua aut signo affici potest, nam aut suscipit signum vniuersum asserens, aut vniuersum negans, aut speciale asserens, aut speciale negans. quorum omnium exempla facile quidem suppetunt. Aristoteli. verò eam dūtaxat formam prædicati à dialectica reijcit, quæ est vniuersa atque asserens quoniam ea forma enūtiationis nūquam potest verum suscipere. siue res fortuita sit siue necessaria siue etiā fieri non possit. reliquæ verò formæ enūtiationis possunt interdum verum dicere quocūque modo accipitur subiectum. Cum ergo veræ interdum esse possint, interdum quoque vtiliter erūt philosophis. Superior verò forma tanquam inepta contemnitur ab Aristoteli. & procul reijcitur.

Cur solū eius meminit enuntiationis cuius prædicatum afficitur vniuersali signo.

Ab his formis oppositionis quas explanauimus paulo superius contendit ad contradictionem quæ his verbis ab Aristoteli. significatur.

Opponi autem affirmationem negationi dico contradictoria quæ vniuersaliter significat, ei quæ non vniuersaliter. ut omnis homo albus est, non omnis homo albus est. nullus homo albus est: aliquis homo albus est.

Et ij Est

Commentarius in librum

Contra-dictio. Est igitur *contradictio* oppositio duarum enuntiationum quarum altera asserit negat altera, vnius subiectum vniuersale est affectum signo vniuersali, alterius verò subiectum non afficitur signo vniuersali. & quoniam nihil prohibet affirmatio ne an negatio sit, cum vniuersali signo afficitur vtriusque formæ contradictionis exemplo vsus est in præsentia Arist.

Cur non meminit singularis cõtra-dictionis. Præter hanc verò formam cõtradictionis est etiã alia forma affirmationis & negationis singularis, inquam. vt Socrates disputat Socrates non disputat. cuius hoc loco non facit mentionem Arist. quod facile sit eam intelligere, & aperte constat, cum subiectum est singulare si eiusdem de eodem sit esse oppositionem. meminit etiam paulo inferius huius formæ enuntiationis.

Quoniam verò enuntiationes contradictoriæ ex contrarijs efficiuntur detractò alterius signo vniuersali, vt melius intelligeremus contradictionem repetit rursus formam enuntiationum contrariarum dicens.

Contrariæ verò, opponi inquam dico, vniuersalem affirmationem & vniuersalem negationem, vt omnis homo albus est, nullus homo albus est.

¶ Argumentum cap. vj.

Expianatis generibus repugnantiarum docet Arist. quonam pacto singula genera oppositionis ad verum & falsum referantur, vt intelligamus quæ enuntiatio repugnantium vera sit quæ falsa, exordium autem sumit à contrarijs, dicens.

¶ Caput sextum.

Contrariæ enuntiationes possunt simul esse veræ. Quo circa has quidem impossibile est simul esse veras.

¶ *Q*uasi dicat contrariæ enuntiationes quarum, proxime mentionem fecerat fieri nõ potest vt simul veræ sint. falsæ quidem aliquando esse possunt, in materia videlicet naturali, vt in his constat, omnis

perihæmænia Aristotelis.

omnis homo currit. & nullus homo currit. omnis homo albus est nullus homo est albus. quare contraria propositiones verum à falso diuidunt. nam si vna earum vera sit. statim est opus alteram falsam esse. at si vna sit falsa non cõtinuo oportet esse alteram veram. cum veræque falsa esse possit. sed quod simul esse vera non possint, sic constat. quia alias sequeretur, duo cõtradictoria esse vera. nam iste propositiones veræ sunt, omnis homo est albus nullus homo est albus, cū sint contrariæ, & ex hipotesi duo contraria vera esse possint: quare si hæc enuntiatio vera est omnis homo est albus hæc quoque vera est homo albus est, cõtradicit autem huic nullus homo albus est quæ ex hipotesi est vera quare duo contradictoria vera erunt. atqui hoc maxime absurdum est imò verò fieri nulla ratione potest, non possunt igitur puo contraria simul esse vera.

His verò oppositas contingit aliquando in eodem simul esse veras: vt, non omnis homo albus est, & aliquis homo albus est.

His verbis significat enuntiationes sub contrarias. nam illæ quidæ cum particulares sint contrarijs quæ sunt vniuersales aliqua ratione opponuntur. inquit ergo sub cõtrarias enuntiationes aliquando simul veras esse posse. rem demonstrat subiecto exemplo. aliquando inquit Arist. id est in materia fortuita nam in quacunque alia materia si vna vera sit altera falsa est.

Quæcunque igitur contradictiones vniuersalium sunt vniuersaliter, necesse est alteram esse veram, vel falsam: & quæcunq; sunt singulares. vt Socrates albus est. Socrates albus non est.

Tradidit hæctenus duas regulas veritatis & falsitatis iam tertiã exhibet quæ pertinet ad oppositionem contradictoriam atque ita inquit. earum enuntiationum quæ sunt vniuersales vniuersaliter (sunt autem huiusmodi enuntiationes contradictoriæ) altera vera est vel falsa necessario, hoc est si vna vera est altera falsa est. & si vna falsa est altera erit vera. atque hoc ipsum contingit in quacunque materia. nam neque veræ simul esse possunt neque falsæ. vt autem hoc significaret dixit. alteram esse veram vel falsam. & nõ dixit alteram esse veram, alteram esse falsam. quod contingit in enuntiationibus

Hij qua-

Non pos-
sunt esse
simul ve-
ræ.

Sub con-
traria.

Contradi-
ctoria.

Commentarius in librum

Contra
dictio.

quarum utraque particularis non est contingit etiam in propositionibus singularibus. huiusmodi sunt Socrates albus est, Socrates albus non est. nam inter contradicentia nihil medium est secundum veritatem & mendacium. Est enim contradictio ut Aristot. inquit. cap. ij. libri primi de post. Analyti. oppositio cuius medium non est. sed quoniam per se constat duo contradictoria neque vera simul neque falsa esse posse, nullam adhibet Aristot. rationem qua fidem faciat huius præcepti est enim de quouis affirmatio & negatio & de nullo ambo simul. Demonstrat autem sub contrariis enuntiationes simul veras esse posse ratione, cum inquit.

Quæcunque autem in vniuersalibus non vniuersaliter, non semper hæc quidem vera est, illa verò falsa. Simul enim verum est dicere, quoniam est homo albus: & est homo pulcher. & non est. si enim turpis est, non est pulcher. & si fit aliquid nondum est.

Probat sub contra-
rias veras
esse posse
Sumit Aristot. duas enuntiationes sub contrarias & utranque demonstrat veram esse, sunt illæ. est homo albus, non est homo albus. est homo pulcher non est homo pulcher. accipit quidem utranque affirmationem veram esse sensu. negationem verò veram esse utranque ratione ostendit. hoc pacto est homo turpis ergo non est pulcher. nota est cõsequentia & antecedentis fidem sensus facit. deinde quod fit nondum est, fit autem aliquis homo albus ergo aliquis homo non est albus. maiorem propositionem huius syllogismi quæ dicit non esse quod fit aperta quidem est. neque fallere unquam potest, etiam si accipiamus motum. nam is, nusquam est, aut cum est, non fit. quare constat aperte, sub contrariis enuntiationes veras esse posse. falsæ autem simul esse nequeunt. alias duo contradictoria vera erunt. sed de hac re multa diximus. ij. lib. summa sum.

Quod fit
non est.

Videbitur autem subito inconueniens esse: idcirco quoniam videtur significare hæc, non est homo albus: simul & hæc, nullus homo est albus. hæc autem neque idem significat, neque simul necessario.

Ne quis sibi persuaderet falsum esse quod dixerat, quoniam hæc
duæ

perihermænas Aristotelis.

28

duæ enuntiationes homo non est albus, & nullus homo est albus, idem videntur valere. & quia hæc est falsa nullus homo est albus illam non posse esse veram homo non est albus, adimit Aristot. hunc scrupulum diuersam esse inquit utranque enuntiationem. Hæc enim enuntiatio, homo non est albus, indefinita est & vera, quæ eadem est cum illa enuntiatione non est homo albus quæ utitur Aristoteles. illa verò enuntiatio, nullus homo est albus vniuersalis est & falsa.

Adimit
scrupulū.

Postremo ne quispiam existimaret vni affirmationi multas negationes opponi, admonet Aristot. vnam tantum negationem vni affirmationi, vno genere oppositionis opponi. diuerso autem genere nihil vetat multa vni esse opposita. Nam huic enuntiationi omnis homo est albus, contrarie opponitur nullus homo est albus. illi verò contradictoriæ aliquis homo non est albus. hæc autem omnia his verbis significat Aristot.

Vnū vni
opponitur
vna
ratione.

Manifestum est autem, quoniam vna negatio vnius affirmationis est: hoc enim idem oportet negare negationem, quod affirmatio affirmavit, & de eodem, vel de aliquo singularium, vel de aliquo vniuersalium, ut vniuersaliter, vel ut non vniuersaliter: dico autem ut. Est Socrates albus. non est Socrates albus. Si autem aliud aliquid de eodem, vel de alio idem, non est opposita, sed erit ab ea diuersa. Huic verò quæ est omnis homo albus est, cõtradictio est illa, quæ est, non omnis homo albus est, illa quæ est, nullus homo albus est. Illi autem quæ est, est homo albus, illa quæ est, non est homo albus.

Hoc vbi dixit Aristot. epilogum facit eorum quæ proximis capitibus explicuerat, dicens.

Quoniam igitur vna affirmatio vni negationi opponitur contradictoriæ, & quæ sunt hæc, contradictoriæ inquam enuntiationes. & quoniam contrariæ aliæ, & quoniam non omnis vera vel falsa contradictio hoc est oppositio, dictum inquam est, & quare & quando vera vel falsa, dictum etiam est.

H iij Argu-

¶ Argumentum cap. vii.

Presenti capite docet Aristot. quæ sit enuntiatio vna, quæ plures, tamen si de ea re pauca quadam attigerit differens de enuntiatione illa tamen nõ satis erant. multum enim cõducit ad distinguendum vtrum vera an falsa sit enuntiatio intelligere quid vna enũtiatio sit, quid plures, & rursus ad cõstituendam oppositionem. vt enim Arist. restatur ad calcem huius capituli, in his enuntiationibus quæ plures sunt non necesse est hanc contradictionem, hoc est partem contradictionis veram esse, illam falsam. ait itaque philosophus.

Vna autem affirmatio & negatio est, quæ vnum de vno significat, vel cum sit vniuersale vniuersaliter, vel non similiter: vt omnis homo albus est, non omnis homo albus est: est homo albus, non est homo albus. Nullus homo albus est, aliquis homo albus est, si album vnum significat. sin vero duobus vnum nomen positum est, ex quibus non est vnũ, non est vna affirmatio, neq; vna negatio: vt si quispiã hoc nomẽ tunica tribuat homini, & equo, & dicat tunica alba est: hæc non est vna affirmatio, nec vna negatio. Nihil enim differt hoc, quã dicere, est homo albus, & est equus albus. Si ergo hæc multa significat, & sunt plures: manifestum est & quoniam prima vel multa, vel nihil significat: neque enim est aliquis, homo equus. quare neque in his necesse est, hanc cõtradictionem veram, illam vero falsam esse.

¶ Caput septimum.

Duplex enuntiatio. **V**na autem affirmatio & negatio est &c. Hinc summi potest hæc diuisio, enuntiatio duplex est alia vna alia plures. vna enuntiatio est si vnum de vno enũtiatur. vnum autem vocat vniuocum, siue vniuersalis sit siue particularis siue indefinita. exempla omnium istorum suppeditat Aristot. sunt id genus, omnis homo albus est, non omnis homo albus est. est homo albus, non est homo albus. nullus homo albus est, aliquis homo albus est, modo album vnũ significet. Plures vero enuntiatio est. si in ea vox aliqua ambigua existat, vt tunica est

est alba, si nomen albi positum sit duobus, homini inquam & equo. nõ perinde est ac si dicamus, homo est albus. equus est albus. quod autem dictum est de affirmatione negationi etiam potest accommodari.

¶ Argumentum cap. viij.

In presentia Arist. mens est docere quonam pacto verum & falsum diuidat enuntiationes oppositas, de futuro. nam cũ multis modis enuntiatio considerari possit, & ceteri sint explanati reliquum erat vt enuntiationes oppositas persequeretur habita ratione temporis. nam enuntiationes vt tempora, diuisæ sunt. cum sit autem triplex tempus, triplex quoque differentia enuntiationum sumetur ex tempore. docet igitur in presenti capite, quomodo se habeat verũ & falsum in his enuntiationibus oppositis quæ secundum tempora diuiduntur. & inquit, vtrum in omnibus vno atque eodem modo existat. hic igitur scopus est. Aristot. hoc loco. verũ arrepta hinc occasione disputat de fortuito rerum euentu, & multa inculcat de arbitrij libertate contra veteres philosophos, qui illam homini adimebant. hinc vt ego sane arbitror Cicero ansam accepit de fato diseredendi. ex hoc loco potissima argumenta coepit Alexander aphrodisiensis quibus suam sententiã explicat, de eo quod est in nobis in libello quem de fato & libero hominis arbitrio fecit ad imperatores. postremo, ceteri omnes qui delibero arbitrio differuerunt ex hoc maxime sermone naturales rationes coepisse existimantur. ergo cum hac ipsa disputatio maximus vsus adferat christianis etiam hominibus ad refellendam ethnicorum sententiã, atque etiam hæreticorum, equum est, vt huic rei diligenter incumbamus. hæc ipsa etiam contemplatio ad explicandas atque intelligendas omnes partes philosophiæ maximum momentum habet. nisi enim constitutum sit, aliquid esse in nobis positum frustra morum præcepta tradentur quibus ad virtutem institui mur, atque à vitijs retrahimur. ad philosophiam quoque natura ista contemplatio conducit. tractat enim philosophus naturalis vtrum eueniant omnia ex necessitate: an aliquid efficiatur libere. ad primam etiam philosophiam

Quos vsq; suppeditet nobis huius sermonis cognitio.

¶ Argumentum cap. viij.

phiam attinet, nam primus philosophus inuestigat utrum res omnes providentia regantur. utrum omnia certis atque immutabilibus legibus subdita sint, an euenire aliter possint. Rursum ad dialecticam ut intelligamus, utrum certo verum & falsum omnem diuidat contradictionem. quo quidem sensu de hac re in presentia Aristoteli disputat postremo tãdẽ ad homines rudes qui hãc ipsam quæstionẽ in familiaribus colloquijs tractare solent. quã obrem magna quidẽ diligentia adhiberi à nobis debet ut quæstionem propositam intelligamus.

¶ Cap. viij. de futuris contingentibus.

IN his ergo quæ sunt & quæ facta sunt necesse est affirmationẽ vel negationem veram esse vel falsam. ac in vniuersalibus quidem vniuersaliter, semper hanc quidem veram illam verò falsam esse. & in his quæ sunt singularia. in his autem quæ in vniuersalibus non vniuersaliter dicuntur. non est necesse. dictum est autem & de his in singularibus verò, & futuris, non similiter.

His verbis significat Aristoteli. qua ratione verum & falsum diuidant contradictionem de presenti & præterito, à contradictione futuri temporis: necessarium est enim inquit ut vel affirmatio vel negatio vera vel falsa sit. & quidem si altera vniuersalis sit, particularis altera, aut vtraque, vniuersalis sit vniuersaliter. vel vtraque enuntiatio sit singularis, & opposita sit vna alteri, altera quidem definite vera est, altera falsa. ut si quis dicat, omnis homo al-

Verũ & falsũ quo modo in sit in contradictionibus de presenti & præterito. Ratio hu ius rei.
 bus est. aliquis homo albus nõ est. omnis homo albus fuit. aliquis homo albus nõ fuit. aut Socrates albus est, Socrates albus nõ est. Socrates albus fuit, Socrates albus nõ fuit. Si verò enuntiationes communes sint, sed sine nota vniuersali, cuiusmodi sunt sub contrariã enuntiationes nõ est necesse vnã esse verã alteram verò falsam: siquidẽ vtraque vera esse potest, ut diximus sexto capite. ratio superioris documenti est, quoniã si enuntiatio quæ dicit vñ esse, aut fuisse, vera est, aut fuit. ergo res ipsa aut est iam, aut fuit. quod autẽ fuit iam nõ potest nõ fuisse, neque quod est, non esse. quare necessariũ est ut altera determinate definite quæ vera sit, falsa altera. quacũque materia cõstet enuntiatio.

vera

perihermænas Aristotelis.

Verã est hæc sententia. nam in materia naturali affirmatio vera, negatio falsa. in materia disparata negatio vera est, falsa affirmatio. in materia fortuita sumitur ratio ex rebus ipsis, nã si res fuit, vera est affirmatio, quæ dicit fuisse. si non fuit, negatio. ut tunizium capta est. tuniziam capta non est. ante Christus fuit. ante Christus non fuit.

In singularibus verò & futuris non similiter.

Comparat enuntiationes de futuro enuntiationibus de presenti & præterito quarũ fecimus mentionẽ atque ita ait, nõ perinde contingere in enuntiationibus singularibus & futuris quẽadmodũ accidit in enuntiationibus de presenti & præterito. nõ est enim necessariũ ut altera definite vera sit, altera falsa, tamen si necessariũ sit vnã verã esse alterã falsam. Siquidẽ neque vtraque vera esse simul potest, neque falsa vtraque. hæc est ergo cõclusio quã cupit demonstrare Aristoteli. quod etiã consistere poterit ex verbis eiusdem philosophi ad calcem huius capituli, cũ ait, necesse est alterã partem contradictionis verã esse vel falsam. non tamen hoc vel illud. sed vtrũvis. unde tãdem colligit, quod demonstrandũ successerat, quare manifestũ quoniã nõ est necesse omnis affirmationis & negationis oppositarũ hãc quidẽ verã illã verò falsam esse. quoniã verò enuntiationes de futuro, quẽadmodũ ceteræ omnes, aut materia naturali aut disparata. aut fortuita cõstare possunt, hæc sententia Aristoteli. tantũ pertinet ad illas enuntiationes quæ materia contingenti cõstent aut fortuita. nõ quæ naturali aut disparata. nã si huiusmodi cõstent materia altera vera erit altera falsa. est ergo verum quod ait Aristoteli. si enuntiationes de futuro sint, & materia contingenti cõstent, quæ possit fieri & possit nõ fieri, cuiusmodi est. bellũ nauale erit, bellũ nauale nõ erit. hoc enim contingens positũ est in nostra potestate. obseruandum tamen est, hoc ipsum nõ solum verũ esse cũ propositiones de futuro contingenti singulares sunt, sed etiã cum sunt vniuersales, secũdo etiam est obseruandum, quod Aristoteli. non dicit in enuntiationibus de futuro contingenti non posse vnã partem contradictionis esse veram determinate, alterã falsam determinate, sed solum ait non posse fieri ut hæc sit vera illa falsa, ita ut mostremus quæ vera sit, quæ falsa. quod euenit in enuntiationibus de presenti, & præterito. hæc est

I ij enim

Quomodo verum & falsum in sit in contradictionibus de futuro.

Vnde sententia Aristoteli.

Ad quod genus contradictionis de futuro verba pertineant.

Prima obseruatio. Secunda obseruatio.

Commentarius in librum

enim phrasis græcorum, vnde cœperunt latini ansam dicendi, nō posse fieri vtr̄ una sit determinate vera altera falsa determinate. vtrūq; verò constat illis Arist. verbis paulo inferius, quæ ergo contingunt in conuenientia hæc sunt & huiusmodi alia, si omnis affirmationis & negationis vel in his quæ in vniuersalibus dicuntur vniuersaliter. vel in his quæ sunt singularia. necesse est oppositarū hæc quidem esse veram. illam falsam. idem scribit initio huius capituli. idem quoq; adijcit ad calcem. Hanc verò conclusionem demonstrat Arist. duobus argumentis quorum alterum sumptum est à dissentaneis & adducitur ab Arist. cum inquit.

Nam si omnis affirmatio, & negatio vera, vel falsa est: & omne necesse est esse, vel nō esse: quare si hic dicat futurum esse aliquid, ille verò non futurum dicat hoc ipsum: manifestum est, quoniam necesse est verum dicere alterum ipsorum, si omnis affirmatio vel negatio vera, vel falsa est: vtræque enim non erūt simul in talibus. Nam si verum est dicere, quoniam album, vel non album: necesse est esse album, vel non album. Et si est album, vel non album, vtrū erat affirmare, vel negare. Et si non est, falsum dicit: & si falsum dicit, non est: quare necesse est aut affirmationem, aut negationem veram esse, vel falsam. Nihil igitur neque est, neq; fit, neque à fortuna, nec vtrumlibet, neque erit, neque non erit: sed ex necessitate omnia, & non vtrūlibet. A ut enim qui dicit, verus est, aut qui negat. Similiter enim vel fieret, vel non fieret: vtrumlibet enim nihil magis sic, vel non sic se habet, vel habebit. Amplius autem, si est album nunc, verum erat dicere prius, quoniam erit album. Quare semper fuit verum dicere quodlibet eorum quæ facta sunt, quoniam est, vel erit. Si autem semper verum fuit dicere, quoniam est, vel erit: non potest hoc non esse, vel non futurum esse. Quod autem non potest non fieri, impossibile est nō fieri. Et quod impossibile est non fieri, necesse est fieri. Nihil igitur vtrumlibet cōtingit, neque à fortuna erit: nam si à fortuna, non ex necessitate.

Syllogismus Aristotelis. Argumentum hoc pacto colligi debet. si omnis affirmatio, aut negatio definite vera est, aut falsa definite, omnia euenient necessario, omnia autem euenire ex necessitate, absurdum est, ergo non omnis affirmatio aut negatio, de futuro contingenti est definite vera, aut falsa,

perihermænas Aristotelis.

falsa, quemadmodum euenit in enuntiationibus de presenti aut preterito, in quibus licet monstrare quæ vera enuntiatio sit, & quæ falsa. discursus legitimus est. cum argumentemur hypothetice & interempto consequenti, interimamus etiam antecedens. quod vulgo dici solet. ex conditionali argumentamur à destructione consequentis, ad destructionem antecedentis. maiorem autem propositionem huius syllogismi, primum exemplo illustrat. nam si dicat hic aliquid futurū verbi gratia Socrates lababitur, ille verò dicat non futurum, hoc est Socrates non lababitur, cum vterque non possit verum dicere, siquidem vtraque pars cōtradictionis vera simul esse non potest, alterum necessarium est definite euenire. si omnis affirmatio vel negatio definite vera est, aut falsa definite.

Exemplo primum de monstrat maiorem propositionem huius syllogismi.

Eandem quoque maiorem propositionem probat Arist. duobus argumentis. primum tale est, necessitas rei quæ per orationem significatur, & veritas orationis retro commeant, & se mutuo consequuntur. Nam si vera est oratio quæ dicit, hoc est album, res necessario alba est. & mutata ratione, si res necessario est alba, vera est proculdubio, oratio quæ dicit rem albam esse. siquidem ab eo quod res est vel non est oratio dicitur vera, vel falsa. ergo si omnis affirmatio vel negatio certo & definite vera vel falsa est, omnia ex necessitate euenient. quod nos accipiebamus in maiore propositione superioris syllogismi.

Eandem rem duobus probat argumentis.

Secundum argumentum à genere sumitur & hoc modo explicatur. si omnis affirmatio, vel negatio vera est definite, aut falsa. ergo vera erit aut falsa definite, affirmatio, vel negatio presentis vel futuri temporis, & si hæc enuntiatio presentis temporis vera est, certo atque definite, hoc est album, erit quoq; certo & definite vera hæc, hoc erit album, quod si propositio futuri temporis vniuersa illa quidem certo & definite, vera est, aut falsa ita ut possimus certo dicere sumpta vtraque parte cōtradictionis, hæc est vera, illa falsa, res quæ significatur per enuntiationem futuri temporis quæcumque illa sit, nō poterit, non esse, si non potest non esse, impossibile est non esse. siquidem non posse non, & impossibile non equipolent, impossibile est nō esse. ergo

Commentarius in librum

necesse est esse. nam impossibile non. & necesse, cōtraria sunt. quare postposita negatione æquipolent. hoc si verum est de primo ad vltimum, si omnis affirmatio vel negatio est vera definite, omnia euenient necessario, quod à nobis monstrandum erat.

Quare inquit, nihil quidpiam erit contingens vtrumlibet, neque casu contingens. nam si quidpiam casu euenit, non euenit ex necessitate. his itaque rationibus maiorem propositionem prioris syllogismi demonstrat Arist.

At verò nec quoniam neutrum verum est, dicere contingit: vt quoniam neque erit, neque non erit. Primum enim cum sit affirmatio falsa: negatio nō vera erit. Et cum hæc falsa sit, contingit affirmationem non veram esse. Ad hæc si verum sit dicere, quoniam album est, & magnum: oportet esse vtrumque. si vero erit cras, oportet fore cras. si autem neque erit, neque non erit cras, non erit vtrumlibet: vt, est nauale bellum: oportet enim neque fieri nauale bellum, neque non fieri. Quæ ergo contingunt inconuenientia hæc sunt, & huiusmodi alia: si omnis affirmationis, & negationis, vel in iis quæ in vniuersalibus dicuntur vniuersaliter, vel in iis, quæ sunt singularia, necesse est oppositarum hanc quidem veram esse, illam vero falsam. Nihil autem vtrumlibet esse in iis, quæ fiunt: sed omnia esse, & fieri ex necessitate. quare neque consultare oportet, neque negociari: quoniam si hoc quidem facimus, erit hoc: si vero non hoc, non erit hoc.

Monstrauit maiorem propositionem superioris syllogismi Arist. veram esse exemplo subiecto, atque etiam duplici argumento: sed quoniam multum refert intelligere, veram illam esse, eandem maiorem propositionem illustrat diluendo ea omnia, quæ aduersus hanc sententiam possunt obijci. diluit igitur Arist. triplicem dubitationem, quarum primam propositis verbis explicat. ea est, poterat aliquis sibi persuadere neutram partem contradictionis de futuro veram esse, quia neutra pars est vera definite. hoc tamē falsum esse demonstrat Arist. deducendo autores eius sententiæ ad duo absurda, primum quidem si neutra pars vera esset, tolleretur de medio dignitas, communisque animi conceptio quæ præcipit vt vna pars contradictionis vera sit altera falsa.

Deinde

perihermānias Aristotelis.

Deinde si neutra pars cōtradictionis vera est adimemus contingens, quod potest euenire & nō euenire. vt bellum nauale erit cras, vel non erit. nam si affirmatio est falsa bellum nauale necessario non erit. & si negatio falsa est, bellum nauale necessario erit. quare idem erit & non erit necessario, cum sit omnino cōtingens: quod plane absurdum est. nam si nihil sit contingens nō oportebit consultare. neque negociari. nam consilium de his sumitur, quæ in nobis posita sunt. negociamur etiam in his rebus quæ contingere aliter possunt neque perpetuo eadē manēt. neq; eueniūt necessario. quæ enim necessario eueniuntura sunt, etiā si nos cōsultemus diligēter, nunquam aliter euenient.

Cōsiliū de quib⁹ rebus sumatur.

Nihil enim prohibet, & in annum decies millesimum, hunc quidem dicere, hoc futurum esse, illum verò non dicere. Quare ex necessitate erit, quod libet eorum.

Hæc est secunda prolepsis quam dissoluit Arist. existimabit fortasse quispiam enuntiationem contingentem de futuro veram esse de finite, quia verū fuit dicere superiori die, vel anno superiori. hoc quod nunc est, erit. respondet tamen Arist. hac ratione nō posse verā definite putari enuntiationem de futuro contingenti. nam etiam si dixerit quis ante annum millesimum quā res eueniat, hoc erit aut non erit, si omnis affirmatio vel negatio definite vera vel falsa sit res quidem necessario eueniet.

Secunda dubitatio

At verò ne hoc differt si aliquis dixerit contradictionē, vel non dixerit. Manifestum enim quod sic se habent res, etiam si non hic quidem affirmauerit, ille verò negauerit. Non enim propter negare, vel affirmare, erit, vel non erit, nec in decies millesimum annum magis quā in quantolibet tempore. Quare si in omnitempore sic se habebat, vt alterum verum diceretur: necesse erat hoc fieri. Et vnum quodque eorum quæ fiunt, si semper se habebat, vt ex necessitate fieret. Si enim vere dixit quis, quoniam erit, non potest non fieri, Et quod factum est, verum erat dicere semper, quoniam erit.

Hoc loco dissoluit Arist. tertiam prolepsin, ea est. existimabit fortasse quispiā alterā partem cōtradictionis verā aut falsam esse, quæ ab aliquo proferatur, respondet Arist. hanc nō posse esse causam. nā tametsi

Tertiana dubitatio.

Cur oratio vera sit aut falsa. nemo illam proferat, vera aut falsa nihilominus erit contradictio. id est altera pars contradictionis. nam oratio non est vera aut falsa, quia proferatur a nobis, sed vera aut falsa dicitur, quoniam res ita se habet, quemadmodum significatur per orationem. falsa vero quoniam res aliter sese habet quam per orationem significetur. constat ergo ut in cõpendium redigamus quæ diffuse a nobis explicata sunt, veram esse maiorem propositionem illius syllogismi quem initio huius capituli cõfecimus, ea est, si omnis affirmatio vel negatio, definite est vera, aut falsa, omnia necessario euenire. hoc autem monstratum est ab Arist. primum exemplo, deinde duplici argumento, postremo diluendo tres dubitationes, quæ adduci poterat in eam sententiam. Iam tempus est ut Arist. demonstret minorem propositionem eiusdem syllogismi, ea est fieri nullo pacto posse, ut omnia eueniant ex necessitate ut aperte constet verum esse quod probare studet fieri non posse ut contradictionis de futuro cõtingenti altera pars vera sit definite. altera falsa. hoc verò probat Arist. cum ait.

Si quidem hæc impossibilia sunt: videmus enim esse principium, & ab eo quod consultamus, atque aliquid agimus, & quoniam est omnino in iis, quæ non semper actu sunt, esse possibile & non esse similiter: in quibus vtrumque contingit & esse, & non esse. Quare & fieri, & non fieri, & multa nobis manifesta sunt sic se habentia: & quoniam hanc vestem possibile est incidi, & non incidetur. Similiter autem & non incidi possibile est: non enim esset iam prius exteri, nisi possibile esset non incidi. Quare & in aliis generationibus, quæ secundum huiusmodi potentiam dicuntur.

Argumenta quibus minorem illam propositionem confirmat. Tria igitur argumenta capi possunt ex verbis Arist. presenti loco. Primum ita colligetur. si nos consultamus & quæ eligimus libere agimus, non omnia eueniunt necessario, at nos cõsultamus & libere agimus, quæ eligimus, ergo non omnia necessario eueniunt. nota est consequentia. maior probatur. quoniam si omnia necessario euentura essent, frustra cõsiliu sumeremus de rebus a nobis conficiendis, cum aliter non possint euenire quicquid nos agamus, & quo pacto res efficiendæ sint, animo versemus. minor experimento manifesta est. & præcepta hoc ipsum nos docent

docent quæ sunt a veteribus de deliberatione tradita.

Secundum argumentum sumitur a rebus naturalibus & sic explicatur. si res aliqua possunt fieri, & possunt non fieri absurdum est putare euenire omnia necessario. sunt autem res aliqua naturales, quæ fieri possunt, & possunt non fieri, ergo non omnia eueniunt necessario. nota est etiam consequentia: & maior aperta est, nam quæ necessario eueniunt, non possunt fieri & non fieri, alioqui non necessario euenirent, nam posse non euenire cõtradicit illi: quod ex necessitate euenit. minor quoque cõstat, nam fieri potest ut homo nascatur cum quinque digitis verbi gratia & fieri potest ut non ita nascatur, cum vtrumque cernamus in natura ergo isto illo de modo nasci, non est necessarium atque ex consequenti, non omnia eueniunt necessario.

Tertium argumentum sumitur a rebus arte constantibus & hæc modo concluditur. vestis quæ arte constat potest scindi, & potest non scindi, si atteratur priusquam scindatur, & idem iudicium est de ceteris rebus quæ arte effectæ sunt. ergo absurdum est putare & dicere omnia fieri necessario. quod si verum est, ut est sane quam verissimum.

Manifestum igitur est, inquit Arist. quoniam non omnia ex necessitate vel sunt, vel fiunt, sed alia quidem vtrumlibet: & nihil magis vel affirmatio: vel negatio vera est. Alia verò magis quidem, & in pluribus alterum: sed contingit fieri & alterum, alterum vero minime.

Est igitur proculdubio aliquid fortuitum aut contingens, cuius duas partes refert in presentia, alterum enim contingens est ad vtrumlibet, alterum magna ex parte contingens. ad vtrumvis contingens dicitur, quod non magis aptum est fieri, quam non fieri suapte natura. huiusmodi verò contingens positum est in hominis potestate, ut lauari Socratem. potest enim lauari si velit & si velit non lauari. nam ex libertate arbitrii, quæ homini a natura concessa est, vtrumque potest Socrates præstare. contingens magna ex parte, quod alijs nominibus contingens frequenter dicitur. & contingens naturum. & contingens ut in plurimum. illud sane est quod tamen si aliter euenire possit, magis tamen aptum est fieri. hominem enim nasci cum quinque

K digitis

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Duplex contingens. ad vtrumvis.

Magna ex parte contingens.

digitis, contingens hoc sensu dicitur, quoniam licet aliquando contrā eueniat frequenter sic accidit. id genus sunt effecta naturæ. nam pleraque naturæ effecta, ea maxime quæ in materia efficiuntur magna ex parte cōtingunt. errat tamen ipsa natura interdum, culpa fortasse materiæ. vt. ij. lib. de physica auscultatione. docet Arist. hæc duo contingenti generā refert Arist. hoc loco.

Obiectio. Si quis autem obiiciat male facere Arist. quod nō referat etiā tertiam formam cōtingentis: est enim aliud contingens raro vt fodientē inuenire thesaurū cuius idem Arist. mentionē facit tertio & duodecimo capite lib. primi de priori analysi. facile huic obiectioni satis faciemus, si dicamus ea causa prætermisam fuisse istam partem cōtingentis ab Arist. quoniā colligi facile poterat ex opposito. est autē id, contingens natum aut magna ex parte. nihil igitur mirari debemus, si fuerit ab Arist. hoc contingens prætermisum.

Igitur esse quod est, quando est, & non esse quod non est, quando non est, necesse est: sed nō omne quod est, necesse est esse. Non enim idem est, omne quod est, necessarium esse, quando est: & simpliciter ex necessitate esse. Similiter autem & in eo quod non est. Et in contradictione eadem ratio est. Esse quidem, vel non esse omne necesse est: & futurum esse, vel non. Non tamen diuidentem, dicere alterum necessarium. Dico autem necesse est futurum esse bellum nauale cras, vel non futurum esse: sed non futurum esse cras bellum nauale, nec esse est, vel non futurum esse: futurum autem esse, vel non esse, necesse est. Quare cum similiter orationes veræ sint, quemadmodum & res: manifestum est quoniam quæcunque sic se habeant, vt vtrumlibet sint, & contraria contingant, necesse est similiter se habere & contradictionem: quod contingit in his, quæ non semper sunt, vel non semper non sunt. Horum enim necesse est alteram partem contradictionis veram esse, vel falsam: non tamen hanc, vel illam, sed vtrumlibet: & magis quidem veram alteram, non tamen iam veram, vel falsam. Quare manifestum est, quoniam non est necesse omnis affirmationis, vel negationis oppositarum, hanc quidem veram, illam autem falsam esse: non enim quemadmodum in his quæ sunt, sic se habent & in iis, quæ non sunt quidem, possibilibus tamen esse, vel nō esse:

sed

sed quemadmodum dictum est.

Dixi initio huius sermonis Aristotelem duobus argumentis monstrare quod contradictionis de futuro contingenti non sit necessarium alteram partem veram esse definite alteram falsam: primum à nobis hætenus explicatum est, iam secundum explicemus. illud sumptum est à pari. & ita concluditur.

Talis est natura enuntiationum, qualis est natura rerum, atque res quadam fortuita sunt & contingentes quæ euenire possunt: & non euenire ergo quadam erunt enuntiationes contingentes, & quæ certo & definite neque veræ neque falsæ sint. quare non omnis affirmatio vel negatio de futuro est definite vera, vel falsa definite. maiorem propositionem huius syllogismi confirmat Arist. à simili sumpto argumento, hoc modo. sicut omne quod est quando est, necesse est esse ex hypopotesi, vt Socrates dum currit necessario currit, sic etiam rota contradictio ex disiunctione necessaria est, quia necessario altera pars euenit. & quemadmodum non omnis res necessario est, sic non omnis pars contradictionis est definite vera aut falsa ergo qualis est natura rerum, talis est natura enuntiationum. Minor verò huius syllogismi monstrata est superius, nempe quædam res esse contingentes aut fortuitas.

Quare vera est etiam conclusio quæ dicit non omnem affirmationem vel negationem veram esse vel falsam definite. quod initio huius sermonis demonstrare studuit Aristoteles. hoc ergo pacto quantum ego diligentia atque studio consequi potui Aristotelis, sententia præsentis capite explicari debet.

Nunc verò vt tempori & consuetudini seruiamus pauca quædam explicauimus acuratus quorum explanationem hætenus prætermisimus vt sensum Arist. inuestigaremus atque etiam apperiremus.

In primis quæstio existit vtrum quod Aristoteles scribit de contradictione futuri temporis, tam accommodetur vniuersali contradictioni quàm singulari, omissis tamen ambagibus dicimus istam orationem ad vtrumque genus contradictionis pertinere: quod ipsemet Aristoteles testatur cum inquit, atque hæc

K ij sunt

Secundum argumentum à pari. Syllogismus.

Maiorem propositionem cōfirmat à simili.

Minor.

Priā quæstio d qua contradictione disserat.

Disoluit.

Arist. te sunt incommoda & alia eiusdem generis quæ suscipere cogimur si ne-
stimonio. cesse sit ex omni affirmatione & negatione quæ contradictorio no-
mine opponuntur, siue in his quæ ex rebus vniuersis constant, siue quæ
Ratione. ex singulis, alteram veram esse alteram falsam. ratione quoque mo-
strari potest: siquidem quod pertinet ad hanc rem, eadem omnino ra-
tio est vniuersarum propositionum modo contradictoriè opponantur
& singularium.

Obiectio. Sed obijciat aliquis, si hoc verum est quam obrem initio huius ser-
monis ait *Aristo.* at verò in enuntiationibus quæ de rebus singulis &
Solutur. futuris dicunt, non ita est? huius rei ea fortasse causa est, quoniam ta-
met si in vniuersali affirmatione & negatione verum sit quod demò-
strare cupit *Aristo.* sicut & in singulari, magis apertus est euentus
fortuitus in enuntiationibus de rebus singulis quam de vniuersis. Nã
quæ proximè efficiuntur singularia sunt. atque ideo potius est vsus
exemplo enuntiationum singularium quàm vniuersarum.

Secunda quæstio. Deinde dubitari solet. Vtrum re vera sit aliquid quod eueniat con-
tingenter. videtur enim nihil simile reperiri, qui locus tamen si a so-
Vtrum sit aliqd for-
zuitum. phistis multis argumētis tractetur, nos vnū aut alterū duntaxat, at-
tingemus ne de hac re nihil dixisse videamur: cætera missa faciemus.
Prima ra-
tio q̄ ni-
hil sit con-
tingens. Primum quidem videtur nihil euenire contingenter, siquidem omne
quod futurum est necessario eueniet, nam si futurum est, nouit illud
deus ergo vel decipietur deus, quod affirmare impium est, vel eue-
niet proculdubio, quod nouit. quare nihil fortuitum est.
Secunda
ratio. Alterum argumentum quo videtur conuinci nihil esse fortuitum
ita explicatur. si quidpiam cōtingenter eueniret, illud maxime quod
in nobis positum est. at qui hoc non potest euenire contingenter. si qui-
dem coeli aspectus, & temperamentum nostri corporis copellunt nos
necessario. nihil eueniet igitur contingenter.

Solutur
quæstio. Verumtamen proculdubio concedendum nobis est, aliquid eueni-
re cōtingenter illud maxime quod est in nostra voluntate situm. nam
ut cæteras rationes prætermittam quarum bonam partem explana-
ui paulo superius ex *Aristotelis* sententia qui istam opinionem aper-
te defendit, & ut missa faciam illa argumenta quæ sunt à me expli-
cata

cata copiosius in commentario nostro de animorum in mortalitate,
in quo *Aristotelem* defendimus: illud abunde magnum est argumen-
tum quod singuli homines experiuntur, habere in se agendi principium
& posse agere cum velint. & non agere. quod *Arist.* aperte demon-
strat cap. v. lib. iij. *Ethic.* ad *Nichomachū.* quæ obrem superest ratum
duas istas rationes dissolueret quæ sunt in contrariâ sententiâ adductæ.

In primis quidem tamen si verum sit magnam habere vim aspe-
Etum cali & corporis temperaturam ad agendum vel etiam inter-
mittendum actionem. quoniam corpora permutantur vehementer his
rebus: & quorūdam etiâ animi: nisi ratione appetitioni resisterint,
certum est neque aspectum cali, neque corporis temperaturam necessa-
riam vim habere ad permouendos animos. quinimò licet ratione &
diuino præsidio propensionibus naturalibus obstare. huc enim vetus
illud verbum spectat, sapiens dominabitur astris.

Sed dissoluamus iam priorem rationem in qua diluenda nõ parum
opera in sumi solet. concedimus igitur nosse deum vtrum res euenire
debeat. an non. rursus fatemur, si res euentura sit, hoc quoque cogni-
tum esse à deo atque perspectum. Si verò obijcias hinc fieri, ut nullo
pactò res illa possint nõ euenire: peruersè colligis. nam deus cognitio-
ne sua in causa non est, ut quæ res contingenter & fortuito euentu-
re erant, eueniant necessario. quinimò easdem sunt euenire: qua ra-
tione natura sua euentura erant. si vrgeas, poterit ergo non euenire
ea res quam nouit deus euenturam esse, vitiosa collectio est. rursus si
pergas ergo necessario res eueniet, distinctio adhibenda est. aut sim-
pliciter necessario euenturam rem esse inquis, aut qua ratione cogni-
ta à deo est. simpliciter quidem res illa non necessario eueniet quia
suapte natura contingens est, & causæ à quibus producit non agunt
necessario, sed libere. Si verò rem accipias ut subest cognitioni dei, illa
sane nõ poterit non euenire. sed non inde rectè colliges euenturam esse
necessario simpliciter. hoc ergo pacto vtraq; obiectio diluitur.

Tertio quæstio illa agitari hoc loco solet vtrum res quæ fuit possit
non fuisse. vulgò ita inquiritur, vtrum sit potentia ad præteritū quæ
quidem quæstio suapte natura plana atque aperta est: effecta est ta-
men

Rationes
dissoluntur.

Secunda
ratio sol-
uitur.

Tertia
quæstio.

Virum men difficilis atque obscura culpa Sophistarum, qui vel ea re maxi-
quod fuit me gloriam ambiunt, quod non facile percipi possint quæ tractant:
possit non cum sit summa præstantissimaque virus præceptoris splendide atq;
fuisse. perspiciæ de rebus propositis disputare.

Adhibe- Ergo si roget quispiam *virum* fieri possit ut quod factum est, non
tur distin fuerit: facile adhiberi solutio potest. si dicamus fieri quidem posse, in-
ctio. terdum ut euentus rei antequam res fiat impediatur. fieri autem nõ
potest, ut nõ fuerit quod factum est postquam semel factum est, hoc
communi loquedi ratione persuaderetur. nam cum significare cupimus
rem quampiam fieri nullo modo posse. dicere solemus, factum infe-
ctum fieri non posse. quod & agathon vetustissimus poeta dixit ut
refert Aristu. vnde communis illa dialecticorum sententia orta est:
hoc solo priuatur deus posse genita ingenita facere.

Quo pa- Hinc colligo propositione de præterito verã sic esse veram. ut fal-
cto vera sa esse nõ possit. ratio est quoniã talis est natura enunciari nõ qualis
sit propo- est natura rerũ, atqui, ut ostendi, res quæ fuit, nõ potest nõ fuisse ergo
tio de pra- propositio de præterito vera nõ potest nõ esse vera. hoc autẽ verũ est,
terio que modo propositio de præterito nõ pendeat ex aliqua re futura. nã tunc
vera est. temporis talis erit eius natura qualis est natura rei quæ futura est.

Obserua- Deinde colligo: non eodem pacto necessariũ esse ut sit res. quæ est,
tio. quo pacto est necessariũ, ut fuerit res quæ fuit. simpliciter enim neces-
Corola- sariũ est fuisse quod fuit, neq; vlla ratione mutari potest. cũ sit illud
rium. positũ extra omnẽ mutationẽ. quoniã extra proprias causas est. illud
verò quod est, simpliciter nõ est necessariũ. cũ corrupti possit. est tamẽ ne-
cessariũ ut sit quãdo est, neq; tũc facultatẽ habet. ut nõ sit quãdo est.

Obiectio. Sed obijcies, ergo nihil est contingens, siquidem cũ exacta res est,
mutari nõ potest, & cum est, necessario est. neq; restat ullus alius mo-
Soluitur. dus explicandi cõtingens. dicendũ tamẽ est, re appellari cõtingerẽ nõ quia
fuit, neq; quia est, sed dũtaxat quoniã fieri potest, & potest nõ fieri.
quo maxime cõstat rerũ cõtingentia. & res effecta id, cõtingens voca-
ri solet. quoniã nõ necessario effecta est. & eius causa libere agerent.

Quarta Solet etiã verti in quæstione sumpta occasione ex verbis Arist. præ-
quæstio. senti capite, quãdã sit propositio vera definite, quæ vulgo determina-
te vera

re vera dicitur. de hac vero re tã multa tãq; perplexa omnia dici soler
ab his, qui disciplinas oēs atq; bonas artes corruperunt ut ego nõ possim
cũ hoc cõtemplor nõ infœlices predicare eos homines, qui ad cognitio-
nẽ doctrinæ Aristoteleæ per huiusmodi dispõdia aut potius præcipitia
cõtendunt. quã obrẽ ego ita indico definite verã illã esse propositionẽ
quã nos possumus ostendere verã esse, & causam reddere cur vera sit.
eã inq; causam & significet ita esse sicut est. cũ ab eo quod res est vel
nõ est oratio dicatur vera vel falsa. hoc quoniã in oĩbus propositionibus
de præterito & præsentis cõtingit dicit Arist. alterã partẽ cõtradiçtiõis
de præterito & præsentis definite verã esse alterã falsam. quã nõ euenit
in cõtradiçtiõẽ de futuro cõtingenti. cũ nõ factũ cõstet. neq; ostendi pos-
sit, vtrũ fieri debeat, sed possit vtrũuis euenire. hãc sententiã Arist.
significat illa forma loquedi. necesse est hanc esse verã, illã falsam. po-
tẽst enim ut idem refert Arist. vtralibet vera esse, & falsa vtravis.

Sed obijcies vel cõtradiçtiõis de futuro altera pars est vera, altera
falsa, vel neutra vera, neq; falsa, vel vtraq; vera, & falsa vtraq;: hãc
duo postrema fieri nõ possunt. ergo altera pars cõtradiçtionis de futu-
ro cõtingenti vera est, altera falsa, ergo definite vera vel falsa. respon-
dendũ est, nõ esse vtrãque partem veram neq; falsam vtrãque. neque
etiã neutra est vera neque falsa. sed altera vera est, altera falsa, sed
quæ vera, quæ falsa sit, cognosci à nobis nõ potest, neque monstrari. at-
que id non euenit. culpa nostri ingenij, sed natura ipsius rei.

Locus ille Arist. initio huius capituli, in vniuersalibus quidẽ vniuer-
saliter semp hãc quidẽ verã illã esse falsam, necesse inq; est, referẽdus
est tã ad oppositionẽ cõtradiçtionis, cũ subiectũ est cõmune, q̃ ad cõtra-
riã. siquidẽ in vtraq; oppositiõẽ, subiectũ vniuersale est. & vniuersa-
liter. saltẽ in vtraq; quidẽ nõ vniuersaliter & sane cõtradiçtionis al-
tera pars vera est, falsa altera, cũ fieri nequeat, ut sit vtraq; pars ve-
ra, aut falsa vtraq;. in oppositione etiã cõtraria idẽ accidit nã tamen si
vtraque enuntiatio falsa esse possit, cũ vera non possit esse vtraque si
vna vera est, altera proculdubio est falsa. hãc nobis visa sunt pertine-
re ad explanationem huius capituli quod opinione dialecticorum hu-
ius ætatis difficiles habet, explicatus.

Que sit p
positio de
termina-
te vera.

Soluitur.

Obiectio.

Soluitur.

Loci ex-
planatio.

Erat animus illustrissime vir commentarios conficere etiam in reliquam partem huius disputationis de enuntiatione, quam secundam librum vulgo faciunt, sed quoniam intelligo neque facile neque exacte capi posse, ex huiusmodi commentarijs, eum usum quem Arist. a nobis cupit accipi, decreui quam paucissimis verbis summam perstringere sententiae Aristoteleae, atque illam superioribus adijcere commentarijs. ea sic habet.

De enuntiationibus infinitis. Cap. ix.

Hactenus Arist. quot essent genera repugnantiarum atque etiam regulas veritatis, & mendacij, singulorum generum declaravit: nunc docet quot repugnantiae fieri possint in omni genere enuntiationum. & quia varia existunt repugnantiae propter nomen finitum & infinitum, & propter verbum finitum, & infinitum demonstrat primum omnem affirmationem, & negationem constare nomine, & verbo finitis aut infinitis. hoc syllogismo. omnis enuntiatione quae dicit aliquid de aliquo, aut separat aliquid ab aliquo constat nomine, & verbo finitis, aut infinitis. Omnis autem affirmatio vel negatio est enuntiatione, quae dicit aliquid de aliquo, aut separat aliquid ab aliquo, ergo omnis affirmatio vel negatio constat nomine, & verbo finitis, aut infinitis. Verbum autem sine quo enuntiatione esse non potest, appellatur hoc loco non solum praesens verum etiam praeteritum, & futurum. Vnde existunt tria genera enuntiationum. Vnum earum in quibus verbum substantivum, est, tantum praedicatur, quae vocantur a latinis enuntiationes de, est secundo adiectante ut homo est. homo non est. alterum earum in quibus praeter est, verbum, est etiam aliud praedicatum, ut homo est iustus. homo non est iustus. quae vocantur vulgo, est, tertij adiacentis. tertium earum quae constant verbo adiectivo ut homo currit. in propositionibus, est. secundi adiacentis duae sunt repugnantiae, prima subiecti finiti ut homo est. homo non est. secunda subiecti infiniti, ut non homo est, non homo non est. & totidem praeposito signo ut omnis homo est. nullus homo est. in propositionibus tertij

Omnis affirmatio & negatio constat nomine & verbo finitis vel infinitis. Quod appelletur verbum. Tria sunt genera enuntiationum. Quot repugnantiae sunt cum enuntiatione est de, est secundo adiacente.

tertij adiacentis sunt quatuor repugnantiae sine nota vniuersali, vna utriusque termini finiti. ut homo est victus homo non est victus. altera praedicati infiniti ut homo est non iustus. homo non est non iustus. tertia subiecti infiniti ut non homo est iustus, non homo non est iustus. & quarta utriusque termini infiniti ut non homo est non iustus. non homo non est non iustus. totidem fient repugnantiae si nota vniuersalis his quatuor generibus praeponatur. intere est tamen hoc inter vniuersales, & indefinitas quod affirmatio simplex, ut homo est iustus, & affirmatio praedicati infiniti indefinita possunt ambae esse verae. ut homo est iustus, & homo est non iustus. Vniuersales vero sunt falsa. ut omnis homo est iustus & omnis homo est non iustus. quarum contradicentes sunt verae, non omnis homo est iustus. & non omnis homo est non iustus. in propositionibus vero verbi adiectivi duae sunt repugnantiae vna subiecti finiti ut homo ambulat. homo non ambulat. altera subiecti infiniti ut non homo ambulat. non homo non ambulat. totidem fient si his duabus repugnantijs nota vniuersalis praeponatur. explicata iam repugnantiae exponit Arist. consecutionem, quae est secunda affectio enuntiationis. huius duae sunt partes. equipolentia & consequentia. Prima regula equipolentiae est duae propositiones sub contraria in materia fortuita possunt ambae esse verae. Contraria vero minime. reliqua continentur regula proeli, quae talis est seruata quantitate & subiecto mutata qualitate & attributo propositiones equipollent. Vnde singularis negatio, & affirmatio transposita idem valent. ut Socrates non est sapiens. Socrates est non sapiens. particularis vero negatio ut non omnis homo est sapiens, & affirmatio vniuersa transposita ut omnis homo est non sapiens non equipollent quoniam non seruatur eadem quantitas. Deinde ne quis crederet nomina, & verba infinita, enuntiationes esse demonstrat non esse enuntiationes quia non significant verum vel falsum nam si nomina inquit, & verba infinita, quae sunt certa, & definita significationis non significant verum vel falsum. multominus nomina, & verba infinita, quae incertam, & indefinitam habent significationem significant verum vel falsum aut erunt enuntiationes. postremo quia plerumque praedicatum praeposuit subiecto, declarat nomina, & verba transposita idem significare. nam si non significant

Cum est de, est tertio adiacente. Vniuersalis & indefinita discriminem. Cum adest verbum adiectiuum. Diluit objectiones. Nomina & verba transposita idem significant.

Commentarius in librum

ficant idem sequetur maximum absurdum quod est vni enuntiationi plures enuntiationes esse oppositas. Vt huic, homo est albus erunt hæc opposita homo non est albus, non est albus homo, & non est homo albus. quare nomina, & verba transposita idem significant.

¶ De coniunctis, & diuisis enuntiationibus. Cap. x.

De consequentia **E**xposita equipolentia de consequentia propositionum à diuisis ad coniuncta, & à coniunctis ad diuisa verba facit Aristot. quoniam multa sunt predicata quæ dicuntur coniuncta, declarat Aristot. quando fiat enuntiatio vna, & quando multa. Si multa inquit, predicata quæ coniuncta sunt rem vnam & simplicem significant, enuntiatio erit vna. Vt homo est animal rationale mortale. quod si non rem vnam significant, neque ex illis fieri possit vnum nõ erit inquit enuntiatio vna, sed plures. qualis hæc est Socrates est homo albus musicus, ambulans. hic colligit Aristot. duo consectaria, quorum primum est multarum enuntiationum non est vna responsio. quod probat argumento à relatis. quorum non est vna interrogatio, eorum non est vna responsio, enuntiationum autem multarum non est vna interrogatio, quia vna interrogatio est vnius partis contradictionis, at verò enuntiationes multe non sunt vna enuntiatio, multarum igitur enuntiationum non est vna responsio. Secundum consectarium est questio quid est non est dialectica interrogatio quia non licet quamlibet partem sumere. sed est percontatio. Percontationem autem vocamus cui, nec licet respondere est, neque non est. Vt quid est homo. Deinde demonstrat quæ dicuntur disiunctim dici coniunctim vt homo est animal & est rationalis, & est mortalis, ergo homo est animal rationale mortale. quæ verò dicuntur diuisim non necesse est dici coniunctim vt est furor & est bonus ergo est furor bonus, non valet inquit Aristot. argumentandi ratio, quod probat duobus absurdis. Primo fieret progressus in infinitum si omnia quæ dicuntur diuisim dicantur coniunctim vt Socrates est homo, & est albus ergo Socrates est homo albus, & cū album per se de Socrate dicitur dicitur coniunctim ergo Socrates erit homo albus secundo fiet nugatio,

perihermanias Aristotelis.

nugatio, vt Socrates est Socrates, & Socrates est homo. ergo Socrates est Socrates homo. quare non omnia quæ dicuntur diuisim dicuntur coniunctim. Proponit Aristot. his expositis duas regulas quibus intelligamus quando à diuisis ad coniunctas enuntiationes non valeat consequentia. Prima regula est, si omnia predicata accidant vni retertio subiecto, aut inter se non valebit argumentum à diuisis ad coniuncta vt, est furor, & est bonus ergo est furor bonus. Non coheret argumentum quia vtrūque accidit homini, & inter se etiam accidunt vt furori bonum esse. Secunda regula est, si vnum predicatum sub altero continetur non valebit consequentia, à diuisis ad coniuncta vt homo (inquit Aristot.) est homo, & est animal ergo est homo animal nõ valet argumentum quia homo continetur sub animali. Deinde proponit duas cauciones quæ sunt diligentissime obseruandæ vt cognoscamus quando non sit consequentia bona à coniunctis ad diuisa, quarum prima est si quæ repugnantia sit inter predicata coniuncta non valebit consequentia à coniunctis ad diuisa. Vt Socrates est homo mortuus ergo Socrates est homo, non valet consequentia quia homo, & mortuus repugnant inter se. nam dicitur homo, quia habet vitam, & mortuus quia caret vita. Secunda si vnum dicatur per se, & alterum per accidens non valebit consequentia vt Homerus est poeta ergo Homerus est. non sequitur quia in priori dicitur verbum est de Homero per accidens per Poetam. inquam in posteriori vero Homerus, est, dicitur verbum est per se de Homero. Valebit autem consequentia si vtrūque per se dicatur. Vt homo est animal rationale ergo homo est animal. atque hæc de consequentia.

Quando nõ valeat consequentia. Prima regula. Secunda regula.

Quando nõ valeat consequentia à coniunctis ad diuisa. Secunda.

Quando valeat consequentia à coniunctis.

¶ De consecutione, & repugnantia modalium enuntiationum. Cap. xj.

Explicata consecutione, & repugnantia simplicium enuntiationum tractat Aristot. hoc cap. enuntiationum modificatarum repugnantiam, & consecutionem. Modus vocaturus declarans quomodo predicatum insit subiecto. vnde tres relinquuntur partes enuntiationis modalis, modus subiectum, & predicatum. modi dicuntur omnia nomina opposita, & aduerbia, numerantur tamen quatuor ab Aristot. necesse, possibile, I ij con-

Modus. Tres partes modificata enuntiationis.

Cur qua- cōtingens, impossibile: qui proprii modi sunt propterea quod diuersam
 tuor solū faciunt repugnātiā, & consecutiōnē modalium à simplicibus. Mo-
 modes nu- dalium quantitas trifariam cōsideratur. vel penes modum. Vnde ne-
 meret cessē idem valet quod omne. impossibile idem quod nullum. possibile
 Arist. idem quod aliquid. & possibile nō, siue cōtingens non, idem quod ali-
 Quātitas quid non. quomodo accipitur quātitas hoc capite, non penes notā vni-
 ex modo uersam, ut in prioribus analyticis, cū illa præponitur subiecto. nā ne-
 sumitur cesse est omnē hominem esse animal. vniuersalis est affirmās. Quali-
 presenti tas item bifariā cōsideratur. nam vel dicitur negans. quia negatur mo-
 loco, non dus. ut nō necesse est hominem currere quomodo hoc capite sumitur.
 ex signo vel quia negatur dictum, ut necesse est hominē nō currere, ut in prio-
 de priori ribus. Primum itaque Arist. disputans de repugnantia in contrarias
 analysi. partes demonstrat hoc argumento à genere præponēdam esse negatio-
 Qualitas nem dicto, & non modo, ut sit negans modalis. Omnis repugnantia
 modifica fit penes esse, & non esse ergo modalium repugnātia fiet penes esse,
 ta enūtia & non esse, & nō penes modum. antecedens probat inductione. nā
 tionis. huius, homo est animal negatio est homo nō est animal. ut huius ho-
 Præponē da est ne- mo ambulat negatio est homo nō ambulat ergo huius modalis neces-
 gatio di- se est hominē esse animal, negatio erit hominem non esse animal. nō
 cto nō mo- hac, non necesse est hominem esse animal. Deinde declarat Arist.
 do. Veram repugnantiam modalium fieri si negatio præponatur modo, &
 Vera re- non verbo, idq; confirmat argumēto disiuncto à disentanais. hoc pa-
 pugnatia fit si præ- cto. aut danda erūt duæ enūtiationes contradicentes vera, aut nega-
 ponatur tio præponenda erit modo, duas autem contradicentes veras esse est
 negatio absurdum ergo negatio præponenda est modo, & non verbo. Maiorē
 modo illustrat hoc exemplo, istæ duæ propositiones contradicētes sunt possi-
 Maior- bile est Socratem ambulare. Possibile est Socratem nō ambulare. &
 monstra- ambæ sunt veræ. quare negatio præponenda est modo, & non verbo
 tur. ut possibile. non possibile, contingens, non contingens, & quæ sequū
 De conse- tur. explicata repugnantia de consequentia disputat Arist. in qua
 quentia primū refutat sententiā stoicorum. deinde consequentiā necessarij
 modifica- declarat, & postremo ordinem modalium docet. ad consequentiam
 tarū enū- autem intelligendam factæ sunt quedam dictiones, quarū vocales,
 tionū. indicant æquipollentiam, de quibus est à nobis vberime disputatum
 lib. ij.

lib. ij. summa. sed interim pauca dicenda sunt hoc loco ut Arist. sentē-
 tiam aperiamus. a. quidem significat affirmationem vtriusque, modi
 inq; & dicti. ut necesse est esse. u. negationem vtriusque ut non neces-
 se est non esse. i. negationem modi ut non necesse est esse & e. ne-
 gationem dicti ut necesse est non esse.

Stoici in equipollentia modalium primo discedunt ab Arist. quod
 spectat ad ordinem. nam præponūt possibile, & postponunt necessa-
 rium. eos sequuntur latini interpretes. Secūdo in duabus tabulis discre-
 pant nempe in amabitis, edentulus. cū iudicio Arist. sint. amabimus
 edentuli. de possibili vero, & impossibili verè sentiunt præposita nega-
 tione æquipollere. ut non possibile est esse, ergo impossibile est esse, &
 vicissim. De necessario autem falso iudicant, nam faciūt has duas cō-
 trarias non necesse est esse, & necesse est non esse, cum ambæ veræ
 sint ut non necesse est hominē esse equū, & necesse est hominem nō
 esse equū. necesse tandem, & impossibile postposita negatione æqui-
 pollent. ut necesse est non esse ergo impossibile est esse. Refutata sen-
 tentia stoicorum docet Arist. tribus argumentis ex hac possibile est
 esse, sequi hanc non necesse est non esse. primo à disentanais, nam ex
 quatuor propositionibus. modi necessarij reliquæ tres non sequuntur.
 Sequetur igitur hæc quarta, non necesse est non esse. principio nō se-
 quitur hæc non necesse est esse nam vñū contradicēs ex altero seque-
 tur. nam si necesse est esse possibile est esse. quia si non sequitur possi-
 bile esse, sequetur impossibile est esse ergo vñū contrariū infert alte-
 rum. & erunt duo propositiones cōtrariæ veræ ergo sequitur illa possi-
 bile est esse, tum si possibile est esse, non imp- possibile est esse, & si nō
 impossibile est esse per vos sequitur ergo non necesse est esse ergo ex
 hac necesse est esse sequetur eius cōtradicens non necesse est esse. qua-
 re ex hac possibile est esse non sequetur illa nō necesse est esse. Sed se-
 quetur hæc nō necesse est non esse, ut in amabimus. neque etiā inquit
 ex hac possibile est esse, sequuntur hæc, necesse est esse vel necesse est
 nō esse. nam quod possibile est potest esse & nō esse. at verò quod ne-
 cessariū est semper est ergo cū nō sequatur tres priores modi necessa-
 rij, sequetur quartus, non necesse est non esse. Secundo quod est con-
 sequens antecedentis in bona consequentia potest esse cōsequens con-

Demon-
 strat non
 necesse
 nō idem
 esse, quod
 possibile.
 Primū ar-
 gumentū.

Secūdum
 argumen-
 tum.

sequentis. Sed huius antecedentis necesse est esse consequens est non necesse est non esse ergo poterit esse consequens huius sequentis possibile est esse. hac propositio non necesse est non esse. Tertio
 Tertiū ar- gumentū. contradicentium consequentia sunt contradicentium. Sed huius non possibile est esse. Consequens est necesse est non esse ergo huius possibile est esse consequens erit non necesse est non esse, quæ est contradicens illius, quæ erat necesse est non esse nam possibile est esse, & non possibile esse cōtradicentes sunt, quare hanc possibile est esse, sequitur hæc non necesse est non esse qui est illius cōtradicens. qui in
 Docet ve- lere istā primo argumento proposuerat Aristot. hanc consequentiam necesse est esse ergo possibile est esse, quæ videtur aliquantulum dubia, dispu-
 tiam ne- cessæ est esse ergo possibile est esse. atqui hæc duæ sunt falsæ in materia necessaria ut non possibile est hominem esse animal vel
 possibile est hominem non esse animal ergo ad hanc necesse est esse sequitur hæc possibile est esse. Deinde probat non esse bonam conse-
 quentiam hoc argumentu quod necessarium est semper est, quod pos-
 sibile est potest esse vel non esse ergo ad hanc necesse est esse non se-
 quitur possibile est esse. Ad questionem hanc dissoluendam duplex
 Argumē- tum solui- tur. Duplex potētia. soler efferri distinctio. Vna est potentia. potentia aut est particeps ra-
 tionis, ut voluntas nostra, quæ potest contraria velle, ut sedere non
 sedere. ambulare, nō ambulare. aut est expers rationis quæ etiam est
 duplex, nam aut agens est, aut patiens. agens habet vim vnius dunta-
 xat contrarij, ut vis calefaciendi in igne. tum quæ patiens est aut est
 interna & hæc dicitur esse vnius tantum contrarij. ut humor in aqua
 neque enim aqua potest exsicari, aut est externa & hæc est particeps
 distinctio. vtriusque contrarij, ut calor in aqua, nam potest aqua calefieri, &
 Diluit frigesieri. altera verò distinctio est possibilis quod duplex est, quoddā
 questio- nem Arist. enim est possibile, quod actu est, ut qui ambulat potest ambulare.
 Ordo mo- dificata. quoddam verò est potestate tantum, ut qui sedet potest ambulare.
 rñ enūtia- tionum. quibus distinctionibus positis respondet Arist. questionem ad neces-
 sarium inquit sequitur possibile non illud quod potestate est, sed quod
 est actu, & non omne possibile, sed quoddam. Ordo modalium talis
 esse

esse debet, præcedat oportet necessarium, quia perpetuum est, ut deus
 inquit, & angeli qui sunt actu sine potestate. sequantur contingens,
 & possibile, quæ aliquando sunt, & possunt non esse, ut res natura-
 les, & ad extremum impossibile, quod nunquam actu est, ut corpo-
 ra diuisa esse in infinitas partes.

Quæ magis aptæ enuntiationes con-
 trariæ dicantur. Cap. xij.

Aristoteli propositum est in hoc capite vltimo questionem expli-
 care qua queritur, si ne affirmationi simplici magis contraria
 affirmatio prædicati contrarij, an negatio simplex ut huic homo est
 iustus sit ne magis contraria hæc homo est iniustus quæ est prædicati
 contrarij, an hæc homo non est victus, quæ est negatio simplex. pro-
 bat autem toto hoc capite magis contrariam esse negationem simpli-
 cem. affirmationi quam affirmationem de prædicato contrario. ac
 primū docet quæ habent subiecta contraria nō esse cōtrarias enun-
 tiationes quoniā amba sunt vera ut liberalitas est bona, & auaritia
 est mala. Deinde cōfirmat sex argumētis magis contrariā esse nega-
 tionē simplicem. quorū primū est vni vni est oppositū vno genere op-
 positionis. affirmationes verò prædicati cōtrarij sunt multæ. negatio
 autē vna nā vni multa cōtraria sunt nepe duo vitia vni virtuti. ergo
 magis cōtraria est negatio, quā affirmatio prædicati cōtrarij. Secun-
 dum per quod decipimur, id est magis contrariū per negationē autem
 decipimur ergo negatio est magis cōtraria, minorē probō, à quo fit ge-
 neratio per illud decipimur, à negatione autē fit generatio, ut ex non
 homine dicitur fieri homo. ergo per negationē decipimur. Tertium quod
 est magis falsum id est magis cōtrarium. negatio autē est magis fal-
 sa ergo negatio est magis contraria. maiorem sic probat quod plus
 differt in eodem genere, id est magis contrarium, quod autem falsum
 est plus differt in eodem genere ergo maior erat vera quod est magis
 falsum, id est magis contrarium. minor sic probatur reliquæ enuntia-
 tiones dicuntur falsæ propter negationem. negatio verò est falsa per
 se ergo vera minor tertiū argumenti. negatio igitur est magis falsa.
 Quartum argumentum enuntiatio simplex magis contraria est e-
 nuntiationi simplici quam enuntiatio composita. negatio autem est

Enuntia-
 tiones cō-
 traria nō
 sunt, quæ
 rñ subie-
 cta sunt
 cōtraria.

Tertiū ar-
 gumētū.

Quartū.

Commentarius in librum

simplex, & affirmatio prædicati contrarij est composita, ut hæc liberalitas est mala, significat etiam liberalitatem non esse bonam. quare negatio simplex magis contraria est simplici affirmationi.

Quintū. Quintum, in enuntiationibus quæ nihil habent aduersum est tantum contraria affirmationi negatio. ut Socrates est homo. Socrates non est homo ergo in omnibus hoc est simpliciter & ex natura rei.

Sextum. erit magis contraria negatio. Sextum quæ ratio est enuntiationum subiecti infiniti eadem est enuntiationum subiecti finiti. sed enuntiationi subiecti infiniti ut non homo est iustus, non est contraria enuntiationi prædicati contrarij affirmans, ut hæc homo est iniustus, vel negatio infiniti prædicati ut homo non est non iustus, sed tantum contraria est negatio subiecti infiniti, ut non homo non est iustus ergo affirmationi simplici, ut huic homo est iustus, contraria tantum erit negatio simplex, ut homo non est iustus. Confirmat minorem

Confirmatio minoris propositionis. Arist. huius syllogismi hac ratione duo contraria non possunt esse simul vera, sed negatio, & affirmatio prædicati contrarij possunt esse simul vera ergo non erunt illi contraria. nam hæc duæ vera sunt de homine malo. Non bonum est non bonum, & non bonum est malum. & de puero, hæc sunt vera. non bonum est non bonum, & non bonum non est malum, hæc autem duæ non bonum est bonum & non bonum non est bonum nunquam erunt simul vera ergo affirmationi simplici contraria erit negatio simplex quemadmodum affirmationi subiecti infiniti, contraria est negatio eiusdem subiecti, & prædicati

Eodem modo repugnātia sit in vniuersalib⁹ ut in indefinitis. ut nō homo non est iustus. Deinde docet eodem fieri modo repugnātiā in vniuersalibus, quemadmodū in indefinitis, ut huic omnis homo est bonus contraria est negatio, nullus homo est bonus, non autem affirmatio prædicati contrarij. omnis homo est malus. ad extremū repetit, id quod hæctenus dixerat, nempe contrarias enuntiationes & contradicentes nō esse veras simul in quacūque materia sumātur. sub contrariis verò posse esse simul veras in materia fortuita & de his rebus hæc dixisse sufficiat iam ad reliqua contendamus.

FINIS.